



**R. P. Sebast. Izquierdo Alcarazensis Soc. Iesv, svpremis
Inqquisitionis Senatvs Censoris, Et Olim Complvti SS.
Theologiæ Professoris. Pharvs Scientiarvm**

Izquierdo, Sebastián

Lugduni, 1659

Dispvt. IX. De ente, essentia, & existentia, atque de opposito non ente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95620](#)

Disp. VIII. De actu obiect. Quæst. V. 189

per locum intrinsecum proximè potens ad operandum existere posset, ac modo. Quod argumento est, talia principia ad potentiam proximè operatiuum eius intrinsecè non pertinere, ut dicebamus in simili *proposit.* 6. Et confirmari potest ex dictis: quia si essentia causa, & quelibet alia essentia creatà à suo conceptu reali excludit, nec potest non excludere omnia principia conferuativa sui quantumvis illis indigat ad existendum, cur essentia potentiae proximæ ad operandum, quam causa habet, non excluder pariter à suo conceptu reali omnia principia conferuativa sui (è quorum numero sunt conferuativa causa) quantumvis illis indigat ad existendum?

Quod si principia remota actus titulo talium ad potentiam proximam eius intrinsecè non pertinent, merèque remote subinde manent, etiamsi ad existentiā talis potentiae, aliquantum in illa inclusi sint requisita, multo minus pertinebant, quando requisita non sunt, ut lèpe contingit. De quo, supposita doctrinā traditā, nullum, est dubium. Alioquin nullum principium remotum actus esset possibile, quod simul proximum non esset. Quod quam si absurdum, & ex ipsis terminis, & ex superius dictis satis est notum.

Proposito 9.

¹⁵⁵ Potentia proxima actus ad actum ipsum prout existentem intrinsecè requisita non est. Extrinsecè verò aut requisita, aut non requisita esse potest.

Prior propositionis pars inde constat: quia potentia proxima, & actus in quantum existente conceptus sunt inuicem se excludentes, prout *suprà proposit.* 2. statutum est. Posterior autem inde, qui actus aut connexus, aut non connexus cum potentia proximā, à qua procedit, potest existere. Ceterum, omisssā priori parte, quia ex doctrinā propositionis citata satis est nota. Prò maiori posterioris intelligentiā notandum est, eti possit evenire, lèpeque eveniat, ut actus cum eā numero potentia proximā, à qua procedit, seu cuius est actus connexus sit, vt cernere est in actibus existendi, subsistendi, durandi, alioquin huiusmodi, quā suopte conceptu cum his individuis subiectis, sub individuisque conditionibus, ac circumstantiis connexi sunt, attamen etiam evenire potest, lèpeque evenit, ut actus non cum eadem numero potentia proximā, à qua est, bene tamen cum aliquā talis speciei connexus suā naturā sit. Sic enim volitus obiecti A. necessario poscit oriri à potentia proximā voluntatis constituta per cognitionem aliquam obiecti A. sed non ab ea, à qua de facto oritur, constituta per talem numero cognitionem. Et productio caloris in ligno ab aliqua potentia proxima huius ignis constituta per aliquam approximationem ad tale lignum petit nasci, non tamen à constituta per hanc numero approximationem. Pariterque in similibus. Nihilominus vtriusque huiusmodi generis actus cum sua proxima potentia connexos absolute vocamus: qui vel cum hac, aut alia simili ita connexi sunt, ut si hæc deficeret, esse non possent, nisi alia similis supplens eius vicem accederet. Sunt enim alia potentiae proximæ adeò non requisita ad actum, in quæ influunt de facto, à nobisque subinde absolute non requisita nuncupata, ut litter desint, nihilque vice earam accedit subiecto actus, adhuc tamen manere illud potest, lèpeque manet proximè potens actum ipsum. Talis est potentia constituta per imperium, quo voluntas aliquem actum imperat, illumque medio imperio causat: cum tamen ad causandum eundem per se

immediate præscindendo à tali imperio, ac proinde secluso, sit proximè potens, & cetera huiusmodi constitute per aliquid de factō adiuuans subiectum ad exercitium actus, cum tamē ad tale exercitium nullatenus sit requisita.

¹⁵⁷ Ex quibus patet præterea, quæ ex parte subiecti ad exercitium actus sunt requisita, intrinsecèque subinde constitutam potentiam proximā requisitam ad actum, iuxta doctrinam *proposit.* 3. alia, quæ ex parte subiecti etiam se habent, plurimque quoquo modo iuant ad exercitium actus, ad potentiam proximam actus non requisitam ad actum ipsum intrinsecè spectare, ad illamque proinde intrinsecè requisita esse. Hæc satis pro præiente quæstione.

D I S P U T A T I O IX.

De ente, essentiā, & existentiā, atque de opposito Non ente.

VAN QVAM hæc disputatio ad Metaphysicam fere pertineat; oportuit tamen huic inferere illam: tum quia termini eius inter obiecta intellectionis humanæ, de quibus agimus, primum sibi post terminos disputationis præcedentis vèdican locum Tum maximè, quia tractatio eorum eximiè confert ad ea, quæ in sequentibus sunt dicenda, ex dictisque in præcedentibus naturaliter fluit. Erit autem sermo in præsenti *disp.* de Ente, Essentiā & Existentiā ealibus. Non verò de ente, Essentiā, & Existentiā rationis. De quibus *disp.* 12. Tum ferme erit de Non ente sumpto pro negatione, sive carentia Entis. Non verò sumpto (vt sumi solet) pro Ente chymerico, sive impossibili. De quo. *disp.* 11.

QVÆSTIO I.

Quid sit Ens, quid Essentia, quid existentia in uniuscum?

SUPPONO primò ex dictis disputatione 8. quest. 1. illum conceptum obiectuum dici actum in uniuscum, qui significatur per verbum, & per tempora conjugatur; à nobisque instar cuiusdam exercitij alius subiecti circa aliquem terminum concipitur. Estque propriissimum obiectum iudicij nostri: per quod indispensabiliter ipsi subiecto affirmatione tribuitur, negatione detrahitur. De quo ibi plura.

Suppono secundò, unicum actum significatum per verbum *posse* actum primum vocari: quod ceteros omnes per alia verba significabiles præcedit. Qui subinde actus secundi veniunt dicendi, ut etiam *disp.* 8. q. 2. dñs. 3. exposuimus; nec sine primo dari possunt, iuxta *proposit.* 3. statutam *dicta disp.* 8. q. 3.

Suppono tertio, omnem omnino actum tribus modis à nobis concipi posse, ac frequentissime solere. Primò ut exercitium actuale subiecti; qua ratione significatur per verbum. Secundò cum abstractione quadam: que pacto significatur per nomen verbale. Tertiò ut compositum cum subiecto: quo modo per participium verbi significatur, & in concreto sumi dicitur, prout latius explicatum est *supra disp.* 2. quest. 4. Confess. 3.

Suppono

5. Suppono quod. Concreta non possunt ex subiecto, & acto, nisi ex subiecto, & formi coalescens substantia vel usurpari possit; adiectio videlicet & substantia. Adiectio debeat accipi, quando subiectum in directe significatur, & concipiatur; actus autem, si est forma obliqua, seu ex connotato substantiae autem, quando utramque ex eis, & directe. Et concreta non quidem adiectio, sed sumpturnus substantie, verisimiliter substantia vero sumpturnus item. Et quod erat in concretis physicis coalescentibus ex subiecto, & formi realiter inter se distinctis, tenuitatem proportionis, eam etiam in concretis metaphysicis, quorum substantia, & forma sola ratione distinguuntur, ut latius etiam ibidem est explicatum.

6. His vniuersitate suppositis, ad rem iam proprius accedendo, suppono quinto, Verbum esse, sicut & alia verba, tamen quoque actus significare; usurpatum tandem dupliciter, & satis equivoce. Primum ad significandum actum essendi, quod unumquodque dicitur esse, existere et in natura rerum. Secundum ad significandum actum essendi, quod unumquodque dicitur esse quidpiam, sive idem esse cum quopiam. Ex quibus duabus actibus primas existentias dicitur in abstracto: secundas vero stricte loquendo existentia in abstracto dici debet, & ab identitate non differt, ut diserte docuit August. lib. 12. de ciuit. Dicitur, inquietus sicut ab eo, quod est sapere, vocatur sapientia, sic ab eo, quod est esse, vocatur essentia, noui quodam nominis, sed iam nostris temporibus usitato. Et quoniam essentia, & substantia pro eodem solent usurpari, idcirco verbum esse verbiam substantiam vocatur, in posteriori scilicet acceptione; non item in priori, in qua sicut & cetera verba, adiectio venit dicendum. Hinc si ut concretum ens, quod principium est verbi esse, usurpatur etiam accipiat. Primum pro eo, cuius abstractum est actus essendi. Secundum pro eo, cuius abstractum est actus essendi quidpiam, identitas eius quopiam in vniuersum.

7. Ceterum supponendum est sexto; quanquam nomen verbale essentia in sua primea, & rigorosa ethymologia actum essendi quidpiam sive identitatem significat; tam tamen in ista acceptione non usurpari. Ne quis enim non hinc essentiam actum essendi quidpiam precise sumpturnus, sed id totum, quod vnamquodque ex suo conceptu obiectiuo intrinsecè est, intelligimus, prout substantia ipsi actui. In qua acceptione proinde essentiam deinceps accipiemus. Ea quippe supposita (cum essentia cuiuscumque subiecti nihil sit aliud a subiecto ipso, quantum per verbum esse substantiam est de se ipso praedicabile, seu potius quatenus secum ipso est idem per actum essendi, quem significat tale verbum, & ab id initate non differt) factum est, ut quoties in predicatione facta per verbum substantium esse ex parte predicatori nihil adiicitur subiecto, sed ipsum subiectum, aut aliqua pars eius repetitur, tunc talis per dictio essentialis, talemque predicationem subiecto essentiale dicitur, ut tota quidem subiecti essentia, quando subiectum totum repetitur, ut si dicas. Homo est homo vel. Homo est animal rationale ut pars vero essentia subiecti, quando repetitur pars eius, ut si dicas. Homo est animal, vel. Homo est rationalis. Quando tamen ex parte predicatori aliquid subiecto adiicitur, tunc predicationem ac identalis, ipsumque predicationem subiecto accidentale appellatur. Ut cum dicimus. Homo est albus vel. Homo est visibilis. Adiicitur enim albedo, vel visibilitas ex parte predicatori in obliquo, que-

nullmodo erat posita ex parte subiecti. Ob idque concreta albus, visibilis, adiectiuo, sive adiectiuo sumpturnus dicuntur iuxta suppositionem 4. Et hinc orta est diuinitus predicatorum, sive predicabilium essentialem, accidentaliumque, quam infra disp. 17. exhibebimus.

Quae cum ita sint, consequitur primo. Actum effendi quidpiam, qui est ipsa identitas, & per verbum esse prout est substantium significatur, etiam per se & ab intrinseco consideratus absolutè, & semper actus substantius vocari possit, eo quod identitas semper censetur per se pertinere ad substantiam, & essentiam rei identificare, ut pote, quae ut subiecti tali actui, essentia dicitur. Per accidens tamen, & ab extrinseco actum adiectiuo, accidentalemque dici posse, quando identificat subiectum predicatum adiectiuo ipsi subiecto accidentale. Nihilominus ut illum ab actu existendi, sive existentiā discriminemus (qui per se, ex quoque intrinseco conceperūt adiectiuo, sicut & ceteri omnes actus per omnia alia verba significati) actum substantium sive identificantem, aut etiam essentiale loquendo absolutè, appellabimus, sive ille quidpiam essentiale, sive quidpiam accidentale subiecto identificeret.

Secundum consequitur Ens sumpturnus pro essente⁹ quidpiam, ut ita loquar, quo pacto est concretum ex subiecto, & actu essendi substantiuo, sive identificante, ens essentiale dici posse vniuersitatem, atque adeo debere, ut ab ente existentiali discriminetur, quod est concretum ex subiecto, & ex actu essendi adiectiuo, numerum existentia. Diciturque ens per se, quando eius forma fuerit actus essendi identificans subiecto essentiam per se. Ens vero per accidens, quando eius forma fuerit actus essendi identificans subiecto aut predicatum accidentale, aut essentiam per accidens, iuxta doctrinam ex Arist. tradendam q. 2. Itaque ens aliud existentiale, & aliud essentiale, prout explicauimus, distinctionis gratia, est dicendum.

Quoniam vero quidquid absolutè est quoque ex dictis modis nequit non habere absolutè potentiam ad essendam, iuxta suppositionem 2. vñ venit inter Philosophos, ut concretum ens non solù accipiat pro eo quod est, sed etiam pro eo quod potest esse. Cum tamen hoc potius potens esse; quam ens deberet appellari satiusque proinde erit ad distinctionem ens sumpturnus pro potente esse, vocare ens in actu primo, seu potentiale; ens vero sumpturnus pro eo quod est, ens in actu secundo, seu actualis. Quae sunt appellations proprie actuum huiusmodi concretorum, ut constat. Itaque ens tam existentiale, quam essentiale aliud potentiale, & aliud actualis est.

Ex quibus omnibus ita appetat, quid sit ens, quid essentia, & quid existentia ex suo conceptu. Existentia enim est actus, quo unumquodque in natura rerum esse, seu existere dicitur. Essentia, ut primitus usurpabatur, actus erat, quo unumquodque dicitur esse quidpiam, seu esse identificatum cum quopiam; ut vero eam iam usurpamus. Essentia est id totum, quod vnamquodque ex suo conceptu obiectiuo intrinsecè est. Ens existentiale actualis est id, quod actualiter existit. Potentiale quod potest existere. Ens essentiale actualis, quod est quidpiam, sive quod est idem cum quopiam. Potentiale, quod id ipsum potest. Nec amplius, aut melius termini isti sunt explicabiles; cum sint primi, & per se notissimi, coque iure indefinibiles in rigore, iuxta doctrinam vniuersalem terminorum definiti.

Disp. IX. De ente, essentia exist. &c. Quæst. II. 191

definibilium, & non definibilium alibi tradendam à nobis. Vnde infero contra nonnullos, quos tacito nomine refert Ouid. *controv. 1. Metaph. punt.* 1. male ab eis definiri, seu explicari ens existentialia potest, quod solum videntur agnoscere, per oppositionem cum chymera. Non hoc est explicari habitum per ordinem ad carentiam sui; cum tamen è contra fieri debet; eo quod carentia non est cognoscibilis nisi per ordinem ad habitum, quem ipsa removet. Chymera quippe à negatione potentiae ad existendum habet esse chymeram: atque adeo per oppositionem cum potente existere, quod est ens existentialia potest, est cognoscibilis, seu explicabilis. De quo plura infra suo loco.

²¹ 21. Obseruandum tamen est primo. Essentiam uniuscuiusq; rel, prout iam ab omnibus usurpatum, aliis præterea nonnullis solere indigitar. Dicitur enim quiditas rei, quia ad quæstionem. *Quid res est* per illam respondetur. Dicitur rei substantia, quia & per se stare, & ceteris conceptibus, qui illi quoquo modo accrescunt, sive adiiciuntur, aliquatenus substatere concipiuntur. Dicitur forma: quia ab illa habet res, quod sit talis, in talive specie, & non in aliâ. Dicitur denique natura: quia est veluti principium, & radix omnium operationum, omniumve actuum, qui vel sunt quidam motus eius aut actui, aut passui; vel in statu talium concipiuntur ex proprio actus conceptu. Natura quippe propriè sumpta nihil est aliud, quam principium, & causa motus, & quietis eius in quo est, ut definit Arist. lib. 2. *Physic. cap. 1. & lib. 5. Metaph. cap. 4.*

¹² Secundò obseruandum est subiectum concreti, quouis ex dictis modis accepti, rem antiquitatem nuncupari. Iam tamen vulgo nomen res pro totâ entitate cuiuslibet entis, prout physice iacet, lumen solet. Vtrosque tamen modo acceptum aequiudem nomen est: quia ad plura dissimilia vt talia significanda accipitur. De quo plura dicemus infra *disputatione 17.*

¹⁴ Tertiò obseruandum est, nomen *Eniās* ex sua primaria etymologiâ actum essendi essentiali, sive identitatem significare, utpote quod abstractum quoddam entis essentialiter sumpti est. Iam tamen pro totâ & integrâ re solet sumi communiter. Sieque propter ea expedit, ut semper à nobis sumatur.

¹⁵ Quartò obseruandum est, particulam *aliquid* iuxta suam primâ etymologiam significare *aliad quid*, sive distinctum à reliquo. Communiter tamen non ita accipitur; sed pro quâuis re quâunque rei formalitate, & vniuersè pro quouis omnino ente, quâuslibet essentia conceputibili. Quo etiam sensu usurpatum particula *quidpiam*, *quidius*, & aliae aequivalentes.

Q V A E S T I O N E I I.

Quotuplex est ens? quotuplex essentia? & quotuplex existentia?

¹⁶ **S**Vppositis variis acceptioribus entis expositis *quæst. 1.* Noto. Cum ens quouis ex illis modis sumptum concretum quoddam sit metaphysicum coalescens ex subiecto tanquam ex materia, & ex actu tanquam ex forma, iuxta dicta *disputatione 2. quæst. 4. Confess. 3.* ex utroque capite posse illud diuidi imprimis potest in ens conditionatum, & absolutum. Tum in ens determinatum, & vagum. Ac

rursus eorum quodvis in ens præteritum, præsens, & futurum, &c. Quia quilibet actus constituens ens sive secundus, sive primus, sive existentialis, sive essentialis, aut conditionatus, aut absolutus, aut determinatus, aut vagus: aut præsens, aut præteritus, aut futurus, &c. considerari potest. Verum de hisce membris diuidientibus multa in sequentibus sunt dicenda. Quod illa propterea explicanda, atque definienda remittimus. Patetque quotuplex sit existentia, & quotuplex etiam essentia sumpta pro identitate, pro actu esse essendi substantiuo, seu essentiali.

Deinde ens existentialia ratione formæ in ens per se, & ens per accidens est diuidendum iuxta doctrinam traditam ab Arist. lib. 5. *Metaph. cap. 6. & 7. & lib. 7. cap. 1.* Ens per se illud dicendum est, quod per se, & ratione sui habet esse id, quod est. Per accidens vero, quod id habet ratione alterius conceptus sibi adiacentis. Vnde ens per accidens, ut constat ex Arist. loco citato, dumtaxat est concretum, ex subiecto & actu, seu formâ adiectivâ usurpatum; id est, sumpto subiecto in recto, & forma in obliquo. Reliqui enim omnes conceptus, qui substantiæ usurpantur, sumptis directè, & ex æquo omnibus ex quibus coalescent, non possunt non esse entia per se, quicunque illi sint, sive compositi, sive simplices. Cuius doctrinæ ratio ea est, quam iam *quæst. 1. tetragonus.* Quia nimirum, quando concretum adiectivæ sumptum prædicatur aut de se toto, aut de subiecto, actus essendi, qui interponitur, dumtaxat identificat ea, qua directè accipiuntur, nempe subiectum ipsum. Vnde quidquid aliud dicitur esse subiectum prater se ipsum, id accidentiarum est ipsi: atque adeo ipsum per accidens tale quid est. Vide id in hac prædicatione *Petrus est albus.* vbi verbum est tantum identificat Petrum ipsum Petri substantiam, quam confusè, directè tamen dicit conceptus *albus*, connotata in obliquo albedine. Quo sit, ut Petrus per accidens sit tale ens, nempe ens album. Tantumdemque evenit, quod ad rem art.net, cum prædicamus *album est albus*, accepto hoc concreto adiectivè: quia ut sic etiam denominatio talis entis oriunda ab actu essendi identificatur subiecto; tunc ens ex tali actu coalescens nequit non esse ens per se, quantumvis sit aggregatum ex multis casu concurrentibus: quia vera subiectum prædicationis per se, & ratione sui est totum id, quod dicitur esse, quodque ex parte prædicati se habet.

Ex quibus appetet. Quoties in prædicatione facta per verbum substantiū *esse* ponitur ex parte prædicati concretum quodvis adiectivum, tunc subiectum ab actu essendi per tale verbum significatum euadere ens per accidens sive tale prædicatum sit tali subiecto accidentale, vt quando subiectum prædicationis sit nudum subiectum concreti, veluti cum dicimus *Petrus est albus*, sive sit essentiale, vt quando subiectum prædicationis est totum ipsum concretum, veluti cum dicimus *album est albus* adiectivè: quo casu, cum ex parte prædicati nihil adiiciatur non possum ex parte subiecti, prædicatio essentialis est; sed de essentiâ per accidens, qualis tunc est essentia subiecti, iuxta statim dicenda.

Super

- 19 Superest tamen animaduertendum. Quando concretum adiectuum physicum est; eo quod subiectum, & forma physice inter se distinguntur, uti euenit in exemplo proposito: tunc illud ens physice per accidentem dicendum esse. Quando vero concretum est metaphysicum; eo quod subiectum & forma sumpta adaequate sola ratione distinguuntur: tunc illud ens metaphysicum per accidentem debere appellari. In his enim semper seruata propositione debet procedi.
- 20 Ex his gradum facio ad explicandum, quotuplex sit essentia sumpta, ut iam communiter sumitur, pro eo, quod vnumquodque intrinsecè est, & adaequatè ex suo conceptu obiectu, sive pro eo quod vnumquodque in essentiale predicatione adaequatè sibi identificat, sive coniungit per actum eslendi essentiale. Etenim, ut iam ex infra disput. 17. dicendis num. 7. notaui. In predicatione facta per verbum esse substantiè sumptum, tunc prædicatum ipsissima est essentia subiecti, quando vel sub eodem, vel sub diuersis terminis illud integrè repetit, nihil addendo, aut detrahendo. Si enim aliquid addit, aut est passio subiecti, aut accidentis. Si detrahit, repetendo lolum partem subiecti, aut est genus, aut differentia, aut predicable innominatum, vel mixtum. De quo ibi plura.
- 21 Igitur essentia sic usurpata in quatuor omnino membra diuidenda est. Nimirum in essentiam physicam, metaphysicam, transcendentalem, & Logicam. Quarum vnaque rursus in essentiam per se, quæ propriè essentia nuncupatur; & in essentiam per accidentem, que minus proprie essentia dicitur, diuidi poterit. Essentia per se physica rei complectitur quidquid realiter est ipsa res independenter à nostris conceptibus, & præcisionibus, sive sit res metaphysica solum composita ex formalitatibus sola ratione nostra distinctis, sive insuper ex partibus distinctis physicè. Vtique enim casu nulla oratione erit formalitas, aut pars rei, quæ non pertinet intrinsecè ad essentiam physicam eius. Quoniam res, prout physice iacet, aliud non est ab aggregato omnium suarum formalitatium, & partium: per seque subinde illud totum identificat sibi. Essentia vero per accidentem physica ea est, quam habere dicitur concretum adiectuum physicum, dum illud integrum de ipso prædicatur; ut si dicamus. *albus est album*. In tali enim predicatione dumtaxat identificatur per se subiectum physicum albedinis sibi ipsi, quod solumsumitur in recto; per accidentem vero intra predicationem formam, vtprote commota in obliquo. Propter quod etiam subiectum formæ in quoquis concreto adiectuo physico essentia physica per se talis concreci dici poterit: quia videlicet illud solum sibi per se identificatur, hoc ipso, quod illum solum de seipso prædicatur directè per verbum substantiuum esse. Tum etiam quia forma huiusmodi concreti non potest non esse affectio physica subiecti, cuius forma est, de ipso tanquam de essentia denunciatibus aut demonstrabilis, per modum accidentis eius, vel per modum passionis.
- 22 Quo eodem iure factum est, ut etiam in concretis metaphysicis adiectiis subiectum dumtaxat formalium essentia per se metaphysica eorum veniat appellandum, ut optimè appellant quicunque bene sentiunt & loquantur de essentiis rerum. Quia illud solum est in ipsis concretis, quod prædicatur de se directè per verbum substantiuum est, quando concreta prædicantur, & consequenter, quod sibi ipsi identificatur per se, prout ad essentiam per se requiritur. Tum etiam, quia formæ omnes, sive
- actus talis subiecti non possunt non esse passiones, vel accidentia metaphysica, quæ de ipso tanquam de essentia aut demonstrari possint, aut enuntiari. Etenim ut ex dictis disput. 2. quæst. 4. liquido apparet, huiusmodi concreta metaphysica ex subiecto, & actu coalescent, quibus intellectus noster eget ad iudicandum, etiam quando iudicat de re id, quod realiter est idem cum illa. In qualibet autem re reali vnum tantum concipiit intellectus subiectum radicale omnium actuum, quos ei per varia iudicia attribuit. Neque à multitudine subiectorum, sed tantum à multitudine actuum, sive formarum prouenit, ut eadem res plures formalitates etiam concreta sumpta habeat, ut homo formalitates viuentis, sensibilis, rationalis, &c. quarum qualibet subiectum omnibus commune dicit in recto, actum vero, seu formam propriam in obliquo; & ideo vna de altera ratione subiecti utriusque communis vere prædicatur in sensu formalis, ut animal de rationali, aut è contra; qualiter vnu actus abstractè sumptus de altero, aut de subiecto prædicari non potest; ut animalitas, quæ est potentia viuendi, & sentiendi, de rationalitate, quæ est potentia ratiocinandi. Vnde iuxta ordinarium, & naturalem modum nostrum res concipiendi, solum subiectum metaphysicum in singulis rebus à nobis conceptum prædicatur substantiè de ipsa re, reliqua autem omnes formalitates adiectiue. De quibus plura in cā quæst. 4. citata.
- Ex quo manifestè consequitur solum prædictum subiectum esse essentiam rei metaphysicam propriè, & per se loquendo: reliquas autem formalitates, aut esse passiones eius, aut accidentia metaphysica veluti oriunda à tali subiecto vel radicata in ipso. Id quod exinde confirmatur: quia primus conceptus, quem de vnaquaque re formamus, conceptus dicti subiecti est: quandoquidem de illo prius apprehenso iudicamus ceteros omnes, quos subinde discursu, aut aliter rei conuenire comprehendimus. Compertum est autem essentiam metaphysicam rei, illum rei conceptum dici debere, qui ceterorum primus, ac veluti principium, & radix eorum est. Cum enim reliqui primo accendant, & adiiciantur, non possunt non illi omnes esse primi affectiones, atque adeo vel passiones eius, vel accidentia; qualis non potest esse primus respectu aliquius aliorum: quare neque ille potest non esse essentia; neque aliorum aliquis essentia esse potest; quandoquidem nullus est possibilis conceptus rei, qui vel non sit essentia eius, vel affectio essentia.
- Exemplo doctrinam hanc illustreremus. Cernit quis eminus rem quandam, de eaque per vnum apprehensa, ut de subiecto quadam iudicat existere seu esse existens. Deinde iudicat posse moueri. Postmodum posse sentire. Denique posse ratiocinari. Et postrem posse ridere. En eidem subiecto principio apprehenso attribuit homo per iudicium omnes hos actus, nimirum actum existentie; actum potentie ad se mouendum; actum potentie ad lentientium; actum potentie ad ratiocinandum, & actum potentie ad ridendum. Ex quibus totidem concreta metaphysica emergunt, vnicum idem subiectum dumtaxat habentia, nempe ens seu existens, mobile, sensituum, rationale, risibile. Quod quidem subiectum vnicum primum & radicale essentia metaphysica est talis rei, cuius accidentis metaphysicum est existentia, passiones autem metaphysicae communes sunt tres potentiae priores ad se mouendum, ad sentiendum,

23

24

&

& ad ratio cinandum: quia in duabus conspirat talis res cum brutis, & in tertia cum Angelis. Ultima denique potentia ad ridendum proprietas metaphysica est eius: quia soli homini, ad cuius speciem ea res pertinet, conuenit potentia ad ridendum. De quo iterum. Vide dicta locis circais.

²⁵ Hæc de essentia metaphysica rerum propria, & per se. Essentia autem metaphysica minus propria, & per accidens, quodvis concretum metaphysicum ad eū sumptum dici poterit, quatenus de se ipso ad eū per verbum substantium esse prædicabile est, iuxta ea, qua in simili diximus n. 21. de essentiā per accidens physica.

²⁶ Iam vero essentia transcendentalis ea dicitur, qua non solum in singulis rebus, sed in singulis etiam rerum formalitatibus, sive conceptibus obiectiuis reperitur. Nullus quippe est ex cogitabili in rebus conceptus obiectius, qui non sit ipsem et essentialiter; atque adeo, qui non habeat propriam essentiam, etiam ut ab aliis praeditum, cum essentia nihil sit aliud, quam id, quod quilibet essentia est in se. Vnde essentia transcendentalis partim coincidit cū physicā & metaphysicā; partim ad plura, quam illa extendit. Nā physica solum reperitur in singulis rebus realibus integrè acceptis. Metaphysica in singulis insuper concretis metaphysicis. Transcendentalis verò in singulis præterea rerum, & concretorum formalitatibus etiam abstractis. Quo iure transcendentalis dicitur. Erit autem talis per se, si conceptus, quibus conuenit, aut sunt abstracti, aut concreta substantiua. Per accidens autem, si concreta adiectiva, ut satis ex superius dictis liquidum est.

²⁷ Denique essentia logica ea dicenda est, qua ex genere, & ex differentiā componitur. Erit autem illa talis per accidens, si reperiatur in concretis adiectiuis tam physicis, quam metaphysicis iuxta superius dicta. Per se autem si in abstractis, aut etiam in concretis substantiis. Vtrum autem in istis omnibus genus & differentia ad componendam essentiam logicam reperiri valeant, & quā ratione, & an essentia physica, metaphysica, & transcendentalis compositionem etiam logicam ex genere & differentiā aliquo modo subire possint, aut etiam debeant, alterius est considerationis. De qua *suo loco* Id modo certum independenter ab huiusmodi compositione, & præscindendo ab illa, optimè constare posse harum trium essentiarum conceptus, ut ex eorum explicacione satis, superque notum est.

²⁸ Superest dicendum de diuisionibus, quas ens ratione materie potest subire. Quæ quidem tā multæ sunt, ut omnes illas recensere, prorsus sit impossibile. Cum enim nulla res sit ex cogitabili, aut existens, aut possibilis, quæ non sit ens, nulla erunt omnino genera, aut species rerum tum existentium, tū possibiliū, in quas ens in sit diuisibile vel immediate, vel mediata. Quare impræsentiarum reliquis omnibus prætermis, de quibusdam tantum universaliis diuisionibus, per quas ens aut immediate, aut propter immediate diuiditur, mentionem aliquam tametsi leuem facere non fuerit abs re.

²⁹ Primum igitur diuiditur Ens in increatū, & creatū, sive in ens a se, & ens ab alio, hoc est in Deum & creaturas, quācumque demum ratione conceptus ens Deo, & creaturis communis sit, seu analogice, seu vniuersalē. De quo *infra suo loco*.

³⁰ Secundum Ens in decem genera, quæ prædicamenta vocantur ab Arist. diuisum est, & ab aliis. Hæc sunt substantia, quantitas, relatio, qualitas, actio,

Pharus Scienti. Tom. I.

passio, vbi, quando, situs, habere verum, utrum exacta sit hæc diuisio, & quā ratione, quod multi late controvenerunt, alibi à nobis determinatur. Vbi ea non in mediata, sed mediata esse decernitur. Si quidem ens prius in substantiam, & accidentem. Deinde accidentis in illa nouem diuidendum venit. De singulis verò membris diuidentibus huiusmodi diuisionis ensis propriis in locis agitur.

Tertiū, ens vniuersē lumpum in ens relatum & ³¹ ab solutum diuidi potest. In ens compositum & simplex. In ens spiritualē, & corporeum. In ens supernaturale, & naturale. In ens necessarium & contingens. Alii que huiusmodi diuisionibus. Quibus etiam essentia vniuersē lumpa, aut etiam existentia diuidi potest. Sed de iis etiam suis propriis locis agendum ex professo est.

Q V A E S T I O III.

Quid sit negatio entis in vniuersum.

DVobis imprimis modis solet vniuersari negatio. ³² Primum pro negatione propositione vocali affirmativa opposita, atque etiam pro iudicio mentis illi correspōndente. Secundū pro remotione ipsa, sive carentia entis, quae in eumodi propositione, iudiciumque sua negatione prætendunt. Ex quibus distinctionis gratia, prima negatio actualis, secunda negatio obiectiva dicetur. Sed quoniam negatio obiectiva generat sumpta deinde in negationem sumptum specialius (qua etiam distinctionis gratia pura negatio nuncupabitur) & in priuationem diuidi solet, quorum prima carentia formæ in subiecto incepto, secunda carentia formæ in subiecto apto definiuntur, iuxta *inferus* dicenda; scire opus est de negatione obiectiva entis in vniuersum, prout negationem puram, & priuationem comprehendit, sermonem nobis est *in presenti q.*

Circa quam primā tententia est. Negationem ³³ entis aliquid esse reuerā existens, consitensque in natura rerum, non quidem positivum, sed negativum, ab omnique subiecte ente positivo distinctum, per quod positum nihilominus verē existensque in naturā rerum ab ipsa naturā rerum removetur ens positivum, cuius illud ex suo conceptu, & essentia remoto, sive negatio est. Itaque iuxta hanc sententiam negatio entis, quid reale negatiuum est enti oppotitum verē, & realiter existens; atque adeo incipientis esse, dum ens, cui opponitur, definit esse, & definitus esse, dum ens, cui opponitur, esse incipit; sicutque proinde essentiam, atque existentiam obiectiuū veram, affirmatinęque iudicabilem etiam a Deo, nec solum ab intellectu nostro confitam, habet. Sic tenet Conimbr. lib. 1. *Physic. cap. vlt. q. 7. art. 1. Reb. in log. irat. de Ente rationis n. 13.* & lib. 1. *Physic. Tract. 5. q. 1. Soar. disp. 54. Metaph. sect. 4. & 5. Pert. Hurt. disp. 3. Phys. sec. 2. & disp. 9. Metaph. §. 66. & 72. Arraga. disp. 2. Physic. sect. 12. & disp. 6. Metaph. sec. 5. Quicq. corr. 12. Metaph. pun. 4. & plerique alii, præsertim Recentiores passim. Quorum vnuanis persuasio est, negationem aliquid negatiuum esse ab omni ente positivo distingui, & reuera existens modo dicō. Tametsi interdum dum exactius conceptum negationis satagunt explicare, id videantur negare subindicantes negationem nihil omnino esse reuera. Nonnulli tamen ex auctoribus*

R. huins

Pharus Scientiarum

194

huius sententia eā sequuntur dumtaxat, quod attinet ad negationes entium possibilium; de negationibus enim entium impossibiliū, seu chimerarū carent, nihil omnino esse ab enībus positivis distinctū.

³⁴ Secunda sententia est afferentium nihil omnino posse existere vñmodo in rerum naturā, quod ens positivum non sit; atque adeo omnem negationem entis verē à parte rei existentem, siue quā verē aliquod ens aut possibile, aut impossibile remouetur, in aliquo ente positivo necessariō confitetur. Ita olim opinati sunt aliqui, quos referit Rub. *suprā*, & modo etiam opinantur multi perdocti Recentiores. Qui tamen bipartiti sunt in ista sententia explicanda. Alij enim censem negationem obiectuam formalem in impedimento positivo entis negati, seu remoti confitere, quod impedimentum sāpe erit aliquid creatum, plerunque tamen aliquid decreatum efficax Dei. Alij huiusmodi impedimentum entis negati negationem obiectuam fundamentalē dicunt esse formalem verò ipsum ens negatum, prout connotans tale impedimentum, aut etiam iudicium negativum, per quod, tali impedimento supposito, proxime negabile est. Quocirca inquiunt negatio formaliter est ens negabile proxime. Itaque utriusque isti Recentiores impedimentum positivum entis negati ad essentiam negationis eius expolcent adeo, ut prorsus sit impossibile, tale ens, non esse reuera, nisi aliud quidpiam positivum reuera existat ipsi essentialiter oppositum, siue hoc sit aliquid creatum, siue aliquid decreatum Dei, differunt tamen quod priores hoc ipsum impedimentum dicunt esse formaliter & directē negationē seu remotionem entis negati. Postiores vero censem illud ad talem negationem ex connotato solum spectare.

³⁵ Tertia sententia aliorum est, qui absolute pronunciant negationem entis in vniuersitatem à parte rei penitus esse nihil, proindeque à parte rei nullum omnino habere esse, seu negativum, seu positivum; sed tantum in mente nostra obiectuū; atque ita prout à nobis concepit, tantum esse ens rationis. Huius sententia sunt Gabr. in 1. *disp.* 24. *q.* 1. *disp.* 3. Soncin. *lib.* 6. *Metaph.* q. 18. & *lib.* 10. *q.* 15. Aureol. in 1. *disp.* 36. *art.* 2. Sot. *lib.* 1. *Phys.* q. 8. Font. *lib.* 4. *Metaph.* *cap.* 2. in *Comm.* *liti.* E. cum Albert. & S. Th. ad eum locum. Zachar. *Pascualius tom.* 2. *Metaph.* *disp.* 6. *sec.* 2. *n.* 8. & *sec.* 5. *n.* 3. & *disp.* 76. *sec.* 2. Pro quā sententia haud dubie videtur stare S. Th. tum *loci citato* a Fonf. nempe *lib.* 4. *Metaph.* *lett.* 1. & 2. tum *quæstio.* 2. 1. *de verit.* *art.* 1. & *quæst.* 1. *de malo art.* 1. *ad ult.* & *sepe alibi*, ubi aut dicit expressē negationem & priuationem dumtaxat esse entia rationis in mente obiectuē existentia, non item re ipsā; aut plane supponit, vel insinuat eas à parte rei nihil omnino existens esse. Quod etiam docet August. in *lib.* *de Genes.* ad *litt.* *cap.* 5. dicens. *Non enim Deus fecisse tenebras dictum est;* quoniam species ipsas Deus fecit, non priuationes, que ad nihilum pertinent. Stare etiam videntur pro hac sententia plerique antiquiores, dum inter species entis rationis negationem & priuationem absolute recentent, diuidentes illud absolute in relationem, priuationem, & negationem cum S. Th. *dicta* q. 21. *de verit.* *art.* 1. & in 1. *disp.* 2. *q. 1. art.* 3. & *disp.* 19. *quæst.* 1. Quæ diuisio desumpta est ex Arist. *lib.* 4. *Metaph.* *cap.* 1. iuncto quod dicit *lib.* 5. *cap.* 7. & 15.

Propositio 1.

³⁶ Nulla negatio est quid existens à parte rei suā quamcūque habens essentiam ab omni ente positivo distinctā ante omnem nostri intellectus operationē.

Hæc propositio directē opponitur sententiæ primo loco relatæ. Probatur autem primò; quia si negatio esset aliquid à parte rei vere consistens, vt ponitur ab Auctoribus dicta sententia, negatio re vere esset ens positivum ab omni ente positivo distinctū, quod est contradictionē in ipsis terminis. Est quippe conceptum aliquem ens positivum nihil est aliud, quam esse quid positivum, vel possibile per existentiam à parte rei. Ob id namque secundum omnes conceptus entis positivi à conceptu potentis existere, vel actu existentis nihil differt. Siquidem ens conceptum est aut ex actu existendi, aut ex potentia ad existendum, & ex subiecto, quod actu est, aut potest esse prout est explicatum *q. 1. li* *igitur* negatio re vera quid est aut actu existens, aut potens existere, nihil in eā potest considerari, quoniam sit reuera ens positivum, aliudque ponitur ab omni ente positivo distinctā: ergo.

Dices, ideo negationem non esse ens positivum, tametū reuera ponatur per sui existentiam à parte rei: quia per suam essentiam amplius non habet, quam esse meram remotionem entis positivi. Sed contra primò, quia eo ipso, quod negatio per sui existentiam ponatur in rerum natura, nequit non habere alia prædicata propria entium positivorum, præterquam esse remotionem entis positivi; aliudque prædicatum hoc obstat non potest, quoniam ea dicatur esse ens positivum: ergo non est cur excludatur a classē entium positivorum. Consequenter est bona. Probo antecedens. Nam eo ipso, quod negatio ponatur existens, imprimis nequit non habere prædicatum existentis, & prædicatum potentis existere, quæ sunt prædicata constitutiva entis positivi, vt iam diximus. Deinde nequit non vel existere per se, quod est prædicatum constitutivum substantiae, vel existere in alio, quod est prædicatum constitutivum accidentis. Præterea nequit non esse aut quid aliquo modo impenetrabile cū alienis corporibus, quod est prædicatum entium corporeorum, aut quid nullomodo impenetrabile cū corpore; quod est prædicatum entium spiritualium. Denique nequit non esse quid simile, vel dissimile aliis rebus, aut negationibus; quid eis æquale, vel inæquale; quid illis communum, vel incommunum, vtile, vel inutile; quæ sunt prædicata entium relatiuorum &c. Iam quod prædicatum remotionis, in quo potissimum negatio consistere dicitur, non obstat, quoniam ea sit ens positivum; ex ipsa Adversariorum doctrinā conflat, apud quos vt negatio est actualis remotionis entis, ita etiam ens est actualis remotionis negationis. Nec est, cur ex duobus extremis inuicem le formaliter remouentibus alterum non sit ens præ altero titulo talis remotionis præcisè. Vnde secundam impugnationem solutionis datæ defumo. Nam semel statuto, quod negatio suam habet essentiam ponibilem per existentiam in rerum natura; nulla luppeter potest aduersari idonea ratio cur ex duabus extremis contradictionis alterum præ altero dicatur esse ens positivum. Etenim si negatio unio nis e.g. remotione est per suam essentiam ipsius unio nis, etiā vno per suam essentiam est remotione ipsius negationis; & si vno alia habet prædicata essentia præterquam esse remotionem ipsius negationis; etiam negatio, vt vidimus, habet alia prædicata essentia præterquam esse remotione ipsius unio nis; & si vno quædā relatio est ponibilis per existentiam in rerum natura; etiam negatio est quædā relatio ponibilis per existentiam in rerum natura. Cur ergo vno præ sua negatione dicenda est ens positivum, potius quam vice versa?

Hinc ad probandam secundò propositionem per-

38
g. o.

Disp.IX. De ente, essent exist.&c Qu. III. 195

go. Nam sicut statuto, quod negatio ponitur à parte rei per sui existentiam, non potest non illa poni vel à se, vel ab alio, ut est notissimum. At a se ponni, quando est contingens, prorsus est impossibile; quia nihil potest sibi ipse dare, aut à se ipso accipere esse, quod contingenter accipit, qualecumque deum illud sit, ut fert axioma notissimum iuxta, ac receptissimum in materia di causis. Igitur ponitur ab alio: ab altoque subinde accipit esse, & existe, quod habet, qualecumque sit illud. Ergo infinites negationes contingentes, que vere ab eterno extiterunt, iuxta sententiam aduersariorum, à Deo accepterunt suum esse, & existere. Ab feso enim vicissim, aut alia ab aliis cum progressu infinito accipere non potuerunt, ut etiam constat ex principiis notis, receptisque in materia di causis. Ergo infinites negationes contingentes ab eterno sunt factae à Deo: siquidem accipere aliquid ab alio suum esse, & existere, ab eoque fieri in idem recedit manifeste. Ergo Deus ab eterno produxit infinitas veras essentias à se realiter distinctas. Quod plene videatur absurdum Ca(h)olicō dogmati contradicere. Quod si negationes contingentes entium videlicet contingentium suum qualecumque esse à Deo tanquam a causa debet accipere. Tantum dea consequenter vēnit dicendam de negationibus necessariis entium impossibilium, quas veras itidem, & raras essentias, atque existentias habere plenarie ex aduersariis concedunt; nec sine apertā inconsequentiā negare possunt. Dici enim nequit, nisi chymarice, & ridiculē habet negationes habere suum esse a se, sicut habet Deus, ut ex dicendis apparebit. Ex hoc autem aliud absurdum sequitur. Deum nimis non vētūque; sed necessario, & absque omni libertate produxisse ab eterno, esseque in eternum conservaturum infinitas essentias à parte rei distinctas à se. Quod est cōtra aliud dogma catholicum de libertate, quam Deus habet in cunctis, quae prodacit ad extra.

³⁹ Tertiō probatur propositio. Quia negationi, vt ponitur ab aduersariis, omnes proprietates entis possitui conueniant. Igitur non est quid distinctum ab omni ente positivo: consequentia est bona. Probo antecedens: quia hoc ipso quod negatio suam qualemcumque essentiam, & existentiam habet, non potest non esse illa, vel vna, vel plures; non potest non esse ab aliis distincta; non potest non esse vera, id est, per iudicium affirmatiuum iudicabilis etiam à Deo talique iudicio conformis; non potest non esse bona, estimabilisque subinde, & amabilis; idque mali, variisque titulis, sicut cetera entia. Quinimo negationes entium impossibilium perfectionem habebunt ex suo genere infinitam, ut post nulli entium positiuum, praterquam vni Deo, quadrantem, nimirum necessitatem omnimodam essendi, & existendi. Quod quis non reputet absurdum?

⁴⁰ Quartō probatur propositio, quia ex oppositā sententiā nomilla sequuntur, quae in Philosophiā iure reputantur absurdā. Imprimis enim quando aliquod em corrumptur, quāro. Aut negatio succedens illi est eadem numero per quam ipsum totū tempore antecedente ad suam existentiam non extitit, aut est alia distincta numero à priore; primū? Ergo de facto idem numero existens semel corruptum naturaliter reproducitur. Quod communiter reputatur absurdum. Si secundum. Ergo negatio pullulans, quando ens corrumptur, tunc primo incipit existere, ab eternoque subinde non extitit per alias negationem sui, dataque fuit ab eterno negatio quadam negationis. Quod etiam absurdum re-

putatur. Deinde ex sententiā oppositā sequitur non solum vnum, sed infinites infinita dari infinita multitudinis de facto existentia in naturā retum, totidē enim sunt entia non existentia, possibilia & impossibilia; quorum subinde iuxta Aduersarios totidē negationes existunt re ipsa de facto. Hoc autem esse absurdum in Philosophiā constat: quia licet multi opinentur esse possibile infinitum actū productum; omnes tamen negant illud dari de facto ducti argumentis, quae citra dubium de infinitis negationū idem probant, ac de infinitis entium, posito quod negationes sint tales, quales ponuntur ab aduersariis. Deniq; quis non censeat absurdum, tot mundos negatiuos, seu negationibus constantes de facto existere, quot sunt possibles positivi de facto non facti: Quis non censem ridiculum, vnumquodque sensit tot negationibus sibi re vera inherētibus onustū esse, quot sibi sunt possibles, atque etiā impossibilis positiua in hæsiones, quorumcumq; aliorum entium possibilium, impossibiliumque quaque quidē negationes infinites sunt infinitæ, ut constat. Mitto alia huiusmodi.

Proboque quinto propositionem ab aliis absurdis, quae in Theologīa ex oppositā sententiā sequi videntur. Primum est. Deum omnimodis necessitatum esse ad ponendas & conservandas in rerum natura infinitas essentias à se realiter distinctas, aut saltē ad eas non auferendas sive vitandas, quandoquidē nullam negationem necessariam entium impossibilium vitare potest, ex duobus autē quibusque contradictionis extremis contingentibus, alterutrum, ponere, aut saltē sustinere tenetur, neque utrumque simili potest vitare. Quod certè dominio diuino plane videtur derogare. Si enim dominium diuinum aperte est limitatum, & imperfectum, casu quod Deus nulla potentia vitare posset existentiam cuiusvis entis à se distingue, quo pacto non erit limitatum, & imperfectum, si nulla potentia vitare potest existentiam infinitarum negationum, infinitorumque disiunctorum ex negatione & ente opposito, quandoquidem negatio ex suo genere quid imperfectius est quouis ente, maioreque imperfectionem dominij arguit non posse illud præualere cōtra aliquid debilius, & imperfectius, quam non posse præualere contra aliquid perfectius & robustius. Hinc consequēs est secundum absurdum. Quoniam necessitas existentiæ negationis, aut alterius partis disiuncti ex negatione, & ente, planè etiam derogat omni potentia diuinæ; nam quæ infinitudo omnipotentia est, quæ ab inveneritate rerum infinitas debiles valde, & imperfectas essentias nequit excludere, ealve existēta priuare. Aut quo pacto est omnipotens ille, qui à talium existiarum confortio se non potest eximere? Tertiō absurdum est dicere. Deum non posse vitam agere solam, & absque comitatu tot umbratilium existentium, eiuliodique subinde comitatum per suam essentiā exposcere, veluti ipsius ad vitam transfigendam indigum, ut ex uberiori dicendis *suo loco de independentia & sufficientia Dei* constabit. Hoc autem in sententiā oppositā necessariō dicendū est. Quartō. Absurdum est etiam concedere Deum necessitatum esse ad amandum tot obiecta imperfectionibus scatentia, quot sunt vel entia possibilia, vel ipsorum contradictoria. Quod etiam ab aduersariis est necessario concedendum. Siquidem Deus nequit non ponere existens alterutrum ex duobus quibusque extremis contradictionis, & neutrum alter quam medio actū voluntatis ponere potest. Quinto ex ipsis terminis apparet satis clare esse absurdum dicere, ut est ab aduersariis dicendum, aliquid perfectionis finita, quale est omne

à Deo distinctum, absolutam necessitatem habere existendi: quia absoluta necessitas existendi vim infinitè resistitiam non existentia, meritumque infinitum existendi præ se fert, quod soli perfectioni infinite potest competere. Ob id omnis perfectio finita habens eo ipso sibi admixtam imperfectionem, necessario debet esse contingens, quia partim meretur titulo perfectionis, & partim titulo imperfectionis demeretur existere. Vnde rursus infuratur, si negatio nullam perfectionem dicit ex suo concepitu, ut aduersarij censem eo ipso nullum eam meritum existendi habere, & consequenter penitus esse nihil.

⁴² Si denique sextum absurdum ex sententia aduersa sequutum, Deum infinitas essentias à se distinctas intrinsecè sibi inherentes de facto habere, quales sunt negationes omnium accidentium, inhaerentiarumque eorum, qua Deus vtpotè sibi repugnantem reuera non habet in se intrinsecè: idem quippè est iuxta aduersarios, non habere in se Deum intrinsecè talia accidentia, & inherentias, atque habere intrinsecè in se negationes eorum. Mitto alia.

Et probo sextò propositionem: quia nihil est adstruendum existens in natura rerum sine urgente necessitate, ut commune Philosophorum principium est. Sed nulla est necessitas, imo est opposita impossibilitas, ad adstruendum tot existentia ab entibus positivis distincta, quot sunt entia, qua non existunt, qualiter adstruunt aduersarij, ut ex dictis, & dicendis perspicuum fiet. Ergo.

⁴³ Septimò. Quo fundamento affluit negationem existentia cuiuslibet entis esse quid existens re ipsa ab omni ente positivo distinctum, eodem consequenter est afflendum negationem identitatis uniuscuiusque entis cum alio esse quid etiam existens re ipsa ab omni ente positivo distinctum. Quandoquidem non minus est vera hæc propositio negativa. *Petrus non est Paulus*, quam hæc. *Petrus non existit*, sed secundum sine idoneo fundamento affluit, quia proflus est falso: ergo nec primum est afflendum. Probo minorem: quia si negatio identitatis vniuersique entis cum alio quid esset existens ab omni ente positivo distinctum, illud quidem nulla ratione esset cognoscibile à Deo, ut constat ex doctrinā tacta *disputatione 2. questio 3.* tradendaque ex professo *infra disputatione 11.* At hoc manifestè est absurdum. Ergo. Hæc satis. Pergo.

Propositio 2.

⁴⁴ Negatio entis obiectiva neutquam constitit formaliter in positivo impedimento entis negati ipsi essentialiter opposito.

Hæc propositio est contra Auctores priori loco relatós *suprà* pro secundâ sententiâ. Probatur autem primò auctoritate Aristotelis, & omnium Philosophorum, & Theologorum diuidentium haec tenus oppositionem in contrariam, contradictoriam, privatiuam, & relativam; atque adeo sententiam contrariam à contradictoriâ diuerſam esse; quod in aduersarij sententiâ locum non habet; siquidem apud eos oppositio inter ens, & eius negationem, qua est contradicitoria, aliud non est ab oppositione inter duo entia, quorum vnum impedit alterum, qua est oppositio contraria.

⁴⁵ Secundò probatur: quia vel ex ipsis terminis videtur notum hoc quod est secundum mundum non existere, diuersum quid esse formaliter ab eo quod est existere positivè aliud quidpiam, quandoqui-

dem independenter ab eo quod existat aliud quidpiam, vel secus, talisque existentia prorsus immores negare possumus, & ex parte de facto negamus existere secundum mundum. Ego profectò nunquam credam idem esse in rutico homine, aut etiam in sapiente credere non esse secundum mundum, ac credere esse positivam notionem in Deo de secundi mundi existentia, qua est eius positivum impedimentum.

Tertiò: hæc propositio plane videtur certa, & ⁴⁶ eidens. *Si nullus actus Dei liber existet, nullus existit creatura.* Ergo creaturam non existere, non est formaliter existere aliquid incompatible cum creatura. Probo consequentiam: quia calu quod nullus actus Dei liber existet, nihil existet cum creatura incompatible, cum constet omnia Dei necessaria cum illa compati; & tamen tunc, vt propositio data in exemplum fert, verè creatura non existet. Dices talenm propositionem esse de hypothesi obiectiva impossibili, ex qua subinde sequitur simul non fore creaturam & fore. Sed contra: quia ex tali hypothesi, licet sit impossibilis, non sequitur per locum, vt aiunt, intrinsecum, fore creaturam, sed tantum non fore: cum certum sit creaturam, ab quo omni actu libero Dei simpliciter esse non posse: unde ex tali hypothesi, quatumvis impossibili optimè arguitur ad propositum, optimèque probatur conceptum negationis creaturæ à conceptu impedimenti positivi ipsi creaturæ opposito diuersum esse iuxta viuusalem regulam bene, & utiliter arguendi ab impossibili hypothesi, quam *infra suo loco* exhibebimus. Dices alteri, hypothesim propositionis data in exemplum inuolueret contradictionem in terminis: quia cum vnu actus liber voluntatis diuinæ non possit deficere, nisi per positionem alterius, supponere nullum existere est simul supponere existere omnes, qui sunt non existentia aliorum. Sed contra iterum primo, quia petis principium. Ego enim contendo nullum actum diuinum esse formaliter non existentiam alterius; aliudque ex ipsis terminis videtur notum hypothesim actualiem de non existentia omnium nullatenus esse hypothesim de existentia aliquius: quia omnes penitus illa excludit, neque ullum adfruit, vt iam iam monstror. Contra enim est secundò, quod iuxta meam & Recentiorum, cum quibus ago, sententiam, sicut per iudicium negatiuum, quod quidam recessus est ab obiecto negato, sive quedam actualis remotio eius, nihil omnino obiecti iudicari adstruitur, sed totum penitus excluditur, & remouetur; Ita per actualiem hypothesim negatiuum, qua pariter per modum recessus, seu remotionis versatur circa suum obiectum, nihil omnino illius adstruitur, sive positivè supponitur, sed totum penitus suppositiū remouetur. Ergo per hypothesim propositionis data in exemplum, qua negativa est, ita supponitur, nullum actum liberum Dei existere omnium omnino remouendo existentiam, vt minimè simul adstruitur existentia aliquius: ergo talis hypothesis nullatenus inuoluit contradictionem in terminis, etiam si nullus actus Dei liber possit deficere, nisi existente opposito; à quo præcindit dicta hypothesis. Nec dici potest non posse intellectum per hypothesim negatiuum remouere suppositiū omnès actus Dei liberos, nisi adstruendo simul suppositiū omnès per hypothesim positivam, hoc ipso quod nullus reuera potest deficere, ni ponatur eius oppositū. Nam hoc aperte est contra experientiam, & contra rationem: Contra experientiam quidem: quia quisque experitur posse se interius per actus intellectus, sicut & exterius

Disp.IX. De ente, essent. exist.&c. Qu. III. 197

exterius per voces facere hypothesim negatiuum de non existentiā omnium actuum Dei, quin simul faciat positiam de eorumdem, aut aliquorum existentiā. Contra rationem autem, quia cum hypotheses à quoū intellectu oriundae ex sua natura sint praecipiū vnius obiecti ab alio, saltem quando ea realiter inter se distinguantur, ut est notissimum, nihil est quod vetare possit fieri hypothesim negatiuum de quoū obiecto, quin fiat positiva de opposito; vel vice versa; stat ergo per veritatem conditionatam in exemplum aductam bene propositionem nostram probari, etiam si eius hypothesis obiectua sit impossibilis.

47 Quartò probatur propositiō: quia quām eidens est ens creatum aliquo alio à se distincō ad existendum indigere, tam eidens esse videtur ad non existendum penitus indigere nullo; immo quo magis indiget alio ente, ut existat, exomnis ut non existat, indiger illo; quia certius, firmiusque non existet non existens, quām existente eo, quo indiget ad existendum. Vnde licet nullum ens creatum possit de facto non existere, quin existat aliquid positivū ipsi essentialiter oppositū, quia ut minimum debet existere in Deo iudicū essentialiter verum de talis entis non existentiā, cum quo eius existentiam compati nequit; attamen ad talis entis non existentiam, secunde tale positivū requirebatur: quia quantum ex parte sui est, aequē tale ens non existeret, immo magis firmiter, magisque necessariō non existeret, si omne aliud ens positivū, ipse Deus per impossibile deficerent, iuxta argumentum numeri præcedentis. Ex quo patet non existere ens diuersū quid esse ab existere impedimentum positivū eius.

48 Quintō vnius entis communi conceptione omnium vnicantū datur negatio. Sed si negatio entis est impedimentum positivū entis negati, lēpe darentur plures negationes eiusdem entis, quia lēpe dantur plura eiusmodi entis negati impedimenta. Ergo.

49 Sextō. Si negatio est impedimentum positivū actus negati, negatio plerumque aut semper efficit quid melius & amabilius, quām ens negatum, quia plerumque, aut semper efficit aliquis actus diuinus. Tum, qui odio haberet alicuius entis negationem, plerumque, aut semper odio haberet aliquid actum voluntatis diuinæ, vnde etiam contra rationem, aut etiam illicite existentia entis, prā non existentiā eius appeteretur. Eoque magis estimabili, ac amabilis est efficit etiam à Deo negatio cuiusvis actus honesti creati, quām actus ipse, quād magis est estimabili, & amabilis actus diuinus quam creatus. Quemadmodum etiam negatio cuiusvis boni physici melior, & amabilior est, quam ipsum bonum. Quæ omnia, & alia plura similia, quæ ex sententia aduersa sequuntur, apertevidentur absurdia.

50 Septimō Hac propositio. *Quolibet est vel non est* plane est evidenter quam hac. *Quodlibet est, vel aliquid eius impedimentum positivū.* Tum prima à nemine est negabilis. Secunda ab omnibus, qui puras omissiones admittunt, lēpe negatur. Igitur non habent ambā idem obiectum, ut tener sententia, quam impugnamus. Et confirmari potest: quia hac propositio Deus est, vel non est, ex terminis est evidentissima, sed talis non est hac. *Vel Deus, vel aliud ens ipsi oppositum est,* ut constat. Ergo.

Octauo. Negatio non est cōceptibilis à nobis sine ente negato. Sed impedimentum positivū est conceptibile à nobis sine ente impedito: ergo negatio ex suo conceptu formaliter non est positivū impedimentum ipsius entis negati. Confirmatur: quia ne-

gatio ex suo conceptu mera remoto est entis negati, tale autem non est impedimentum positivū eius, ut constat. Imo neque videtur intelligibile quomodo verum ens positivū sit remoto alterius formalis titulu oppositionis, quam habet cum illo, cum valde diuerſi conceptus sint, non posse unum coexistere alteri, & esse ipsam non existentiā eius.

Non. Deus omniem actum suæ voluntatis liberum potuit per puram omissionem omittere: ergo potuerunt cuncta creabilia non esse citra omne impedimentum positivū, per quod remouerentur ab esse, atque adeo negatio entium nullatenus in eorum impedimentoo positivo consistit. Consequētia est bona: quia positā purā omissione omnium actū liberorum voluntatis diuinæ, ex vnā parte mundus verè non existeret, ex alia nihil positivū existeret existentia incompatibile cum existentiā eius præter actum scientiæ absolute resultans in intellectu diuino de ipsis non existentiā; talem autem actum fore negationem mundi dici non potest: quia intellectus diuinus, ut poterit potentia non libera illum concipere non posset, nisi determinatus à non existentiā mundi aliunde supponitā ut à veritate obiectū: quo circa per eiulmodi actū neutiquam impeditetur, remoueretur mundi existentia, sed aliunde iam per puram omissionem non posita, ex clausaque supponeretur, ut est notissimum. Firmumque stat proinde citra omne impedimentum positivū remouens existentiam mundi mundum non fore casu quod Deus circa eum creationem purè omnissimè le habuisset. Potuisse autem sic se habere, quod est antecedens facti argumenti, ex professo probandum est in *Tract. de volunt.* Probationum capita succinctè recensita sunt. Primum, quod non minus spectat ad perfectionem libertatis, ac dominij Dei posse abstinere ab omni actu voluntatis interno, quām ab omni externo omnipotētia, qui versatur quoquo modo circa creature. Secundum: quia id etiam spectat ad perfectionem honestatis diuinorum actuum: efficit quippe singulis minus honesti moraliter, si Deus non posset omnes simul omittere: quia aut tota singulorum honestas, si ponantur honesti aequaliter, aut saltem pars, si inaequaliter, non efficit libera imputabiliter. Tertium, quia secunde potest necessitari Deus ad volendum, aut nolendum creature; cum horum tam bonitas, quam malitia simpliciter finita sit, & non pura, sed mixta. Quartum: quia si Deus efficit necessitatem ab intrinsecō ad volendum, aut nolendum efficaciter, directeque creature, vel reflexe voluntem, aut nolitionem efficacem eorum, efficit per existentiam connexus cum possibiliate creature, quām actus isti suapte existentiā supponunt. Quod tamen ei repugnat, ut constabit ex dicendis *Tract. de scient.* Mitto alia ad citatum locum.

Décimo. Longè certius, & communius apud Auscatores est, posse voluntatem creatam purè omnissimè se habere circa suos actus liberos. Quām autem id verum sit, ex dicendis à me latè in eudem *Tract. de voluntate* constabit. Quibus modo suppositis, plane sequitur; posse aliquid ens non esse in rerum natura absque impedimentoo illo ipsum positivū excludente. Si enim posito ex parte Dei decreto tantum indifferenter concurrendi cum voluntate creatæ ad actū, vel omissionem actū, ipsa purè actū omittat, reuerata non existeret actus, quin aliquid in rerū natura existat cum actū ipso incompatible præter scientiam Dei absolutam de eius non existentiā, quæ impedimentum esse nequit excludens existentiam actū, ut dictum est *numero præced.*

Pharus Scient. Tom. I.

R. 3

Vnde

54 Vnde dicimus probatur propositio nostra.
Quia quoties ens aliquod antea existens circa omnis contrarij exigentiam in tempore corruptitur a Deo, ab eo utique tempore incipit tale ens non existere; à quo tamen nullum omnino incipit positivum impedimentum eius: quia nihil extra Deum, quod tali enti fit contrarium incipit ex tunc esse ut supponimus: nolito autem diuina de talis entis existentia non incipit ab eo tempore esse, quia fuit ab aeterno: ergo negatio talis entis in nulo impedimentoo positivo opposito ipsi enti consistit. Confirmatur, & declaratur. Ponamusque, quo plus sevis argumenti explicet, Deum corrumpere in instanti B. totum mundum, qui vnde ad instantis antecedens A inclusus extitisset; proindeque in instanti B. nullū omnino ens positivum præter Deum cum suis decretis existere, talem enim casum esse simpliciter possibilem indubitate est. Tum sic. Mundum non esse, incipit in instanti B; nihil positivum incipit in instanti B: ergo mundum non esse non est aliquid positivum. Syllogismus est in Baroco secunda figura. Major est evidens: quia incipere mundum non esse in instanti B, seu, quod idem est, incipere in instanti B, hoc quod est mundum non esse, nihil est aliud, quam mundum extitisse in instanti A, & non existere in instanti B, quod utrumque ponimus in casu. Minor etiam est certa: quia iuxta ipsum casus suppositionem nihil omnino positivum distinetur à Deo cum suis decretis incipit esse in instanti B, quod non fuerit in instanti A; multo autem minus in instanti B incipit esse aut Deus, aut ullum eius decretum: quia quia omnia fuerunt ab aeterno. Igitur consequentia negari non potest.

55 Respondebit aliquis decretum Dei de non existentia mundi pro instanti B. non utcumque esse impedimentum excludens mundum ipsum, sed ut coniunctum cū ipso instanti B. siue ut existat: ut sic autem, in ipso instanti incipere esse, et si entitati ab aeterno exiterit. Atque adeo incipere mundum non existere in instanti B. idem est formaliter ac incipere in instanti B. tale decretum, prout ipsi instanti coexistens. Quo inconclusa videatur stare sententia opposita. Nam licet instanti B. de quo est sermo in casu argumenti, nihil reale sit absolute existens, quia est instantis temporis imaginarij; est tamen aliquid possibile, quale est tempus ipsum imaginarij, capacitas felicitatis, seu possiblitas instantis realis. Quod satis videtur ut decretum Dei superad dictum per correspondentiam, cum tali instanti euadat impedimentum existentiae mundi, atque adeo negatio eius. Ceterum solutio haec, & si in sententia mea possit habere locum, qui compono tempus imaginarij ex quibusdam possibilibus durationum successu flentibus, ut exponam suo loco. At in sententia Recentiorum, cum quibus ago, locum non habet. Apud eos enim nulla entium possiblitas potest esse successu flens: quia omnis omnino est identificata cum Deo. Quocirca in eorum sententiā non video qui possit argumentum factum dissolui.

Propositio 3.

56 Negatio entis in ipso ente negato in quantum proximè negabili non consistit; vt dicebant Recentiores supra secundo loco relati pro secundâ sententiâ.

Duo enim continebat eorum sententia. Alterum. Ad hoc ut ens non existens proximè negabile sit, &

consequenter ut negatio formalis eius subsistat, necessarii esse, quod aliud quidpiam positivum tali enti oppositum, ipsumque impediens reipsa existat. Alterum semel tali impedimentoo existente, quod negationem fundamentalem vocabant, formalis negationis conceptum in recto dicere ens ipsum negatum, in obliquo autem dictum impedimentum, aut etiam iudicium seu actuale, seu possibile, à quibus illud negabile proximè euadit, seu denominatur. Ex quibus duobus primum, quod difficultatem de re, & maiori momenti habet, abundè est iam confutatum *proposito*. 2. secundum autem, cuius controvergia & parvi momenti, & ferme de solo modo loquendi est, inde vno verbo confutatur: quia nomine negationis nemo haecenus ens negatum, sed potius conceptum quendam obiectuum ipsi enti negato oppositum intellexit. De quo conceptu controvergimus in tota presente questione, an sit aliquid habens esse reipsa sive an mere negatum, an positivum an potius re ipsa sit prorsus nihil, foliumque in nostra imaginatione, seu apprehensione habens esse.

Verum quidem est iudicium negativum (quo 57 solo ab intuentibus potest iudicare ens non esse) dumtaxat habere pro objecto ens ipsum negatum, in quo par modum eiusdem recessus, seu potius remotionis tendit, ut ostendimus *disp. 8. q. 4. proposito* 4. ut tamen tale iudicium sit verum, reipsa tale obiectum debet esse remotum, seu non habens esse physicè, prout iudicium ipsum prætendit. Inde enim fieri ut verè illud sit negabile iudicio negativo; ad hoc tamen ut tale sit, non est necesse, quod existat re ipsa aliud quidpiam ipsum impediens: quia citra omne impedimentum sibi oppositum potest ens verè non existere, atque adeo ens verè negabile esse, iuxta doctrinam statutam *proposito*. 2. unde si nomine negationis veritatem obiectuum iudicij negativi significaremus; quarent, quid esset negatio, bene responderetur esse ens reipsa remotum, seu non habens esse, & consequenter verè negabile iudicio negativo. Nec amplius videntur intendere Recentiores, cum quibus agimus. Ceterum, quia nos per aliud quid ab ente negato distinctum imaginari illud obiectum excludi, seu remoueri; atque ita modò per iudicium negativum propriè iudicamus ens non esse; modò per affirmatum & quivalenter, sed minus propriè esse carentem, seu negationem, seu remotionem eius, idcirco nomine negationis, remotionis, seu carentia; aut etiam nomine non entis, non quidem ipsum ens negatum, aut prout non habens reipsa esse, aut prout vere ab intellectu negabile, sed id per quod nos apprehendimus illud obiectum negari, seu remoueri significamus. De quo in presente q. querimus, quodnam sit?

Id supererit notandum, stando rigori sermonis, 58 per verba negativa nostris iudicis negatus correspondientia, ut non existit, non est, non legit &c. obiectum ipsum negatum, non quidem ut negabile formaliter, sed secundum se præcise significari significatione quadam recessua, seu remota, similique in modo tendendi iudicio negatio, cui talis significatio responderet. Per verba autem affirmativa dicitis negatus & quivalenter, ut deest, caret, deficit &c. illum conceptum obiectuum significari posituè, per quem nos tanquam per extremum oppositum imaginari obiectum negabile remoueri, excludi, aut definire esse, idemque proportione fertuata dicendum venit de nominibus eiusmodi verbis seu negatiis, seu positivi annexis, ut non existens; non existentia, caretia, carentia &c.

Quare,

Disp.IX. De ente, essent exist. &c. Quæst.III. 199

Quare, si quis diceret non ens vniuerse loquendo esse ipsum ens negatum; negationem vero entis esse id, quo à nobis ens obiectum negari, sive remoueri concipitur, non parum apte loqueretur. Quia tamen in communione viu non ens, & negatio entis pro codem usurpantur, pro codem & nos usurpabimus, nisi pro rei declaratione aliud quod do expediat.

Propositio 4.

59 Negatio obiectum formalis re vera nihil omnino est extra intellectum humanum eam ac si esset aliquid concipientem, cum fundamento tamen ex parte rerum, quando cum veritate concipitur.

In hac propositionem conuenient omnes Doctores supra pro tertia sententia relati. Eaque iam sat, superque probata manet per precedentibus propositiones. Si enim negatio obiectum formalis neque est aliquid negatiuum ab omni ente positivum distinctum, ut proposit. 1. probatum est, neque est aliquid positivum distinctum ab ente negato, ipsique oppositum, ut ex proposit. 2. constat. Neque est ipsum ens negatum, prout constat ex 3. plane confitetur penitus esse nihil extra intellectum nostrum, eam ac si esset aliquid concipientem.

60 Sed quodnam est fundamentum ex parte rerum requiritum ad hoc ut cum veritate concipiatur negatio. Dico, quod vera non sit illa res, cuius negatio esse concipitur. Si quereras: quid sit talis res vera non esse. Dico ex terminis id esse notissimum, neque clarioribus terminis explicabile; sive sit sermo de non esse rem existentialiter, sive de non esse rem essentialiter, sive quidditatue. Ut enim querenti. Quid sit Petrum existere, aut Petrum esse Petrum? iure responderemus: id esse ex terminis notissimum, neque clarioribus terminis explicabile, utpote quod ex terminis primis, atque indefinibilibus constat, iuxta generalem definiendum doctrinam à nobis suo loco tradendam, ita querenti. Quid sit Petrum non existere, aut Petrum non esse Ioannem? Pariter utique est respoudendum ob eamdem rationem. Sat sit scire Petrum non existere non esse dari quidpiam in statu existentiali, sed potius non dari. Sicut Petrum non esse Ioannem, non est dari quidpiam in statu quidditatu, ut per negationem existentialia Petri, & aliarum rerum vere res ipse remouentur ab statu existentiali. Et quo pacto inter se differant haec negationes, inferius disp. 10. & 11. explicabimus: postquam de natura huiusmodi statuum egerimus.

61 Rogabis præterea. An negatio obiectum formalis sit ens rationis fictum, vel dumtaxat suppositum. Dico dumtaxat esse suppositum. Quia licet re ipsa sit prorsus nihil, intellectus tamen noster, dum eam per phantasma substitutum positiu cognoscit, aliud cognoscere non pretendit præter ipsam negationem nihilitatem, atque adeo non finit. Potest quippe intellectus noster id, quod in se re vera est nihil, & consequenter in se nullatenus cognoscibile, in substituto alieno cognoscere, hoc est, in phantasmate sensibili pro ipso nihilo subrogato: quo casu cum aliud à nihilo ipso in tali phantasmate non cognoscatur re vera non fingit; quia eius cognitio aequivalenter habet obiectum verum, hoc ipso, quod aequivalenter est idem respectu no-

stri intellectus iudicare, à parte rei non esse aliquid per iudicium negatiuum, seu recessuum, quale habent etiam intuentes, ac iudicare à parte rei esse nihil, per iudicium affirmatiuum, quale intuentes, & quicunque per species proprias intelligunt, nullatenus possunt habere. De quo plura suo loco.

Diluuntur argumenta contraria.

Contra doctrinam stabilitam in praecedentibus 62 propositionibus multa opponi possunt. Sit primum. A parte rei vere dantur cæcitas in homine caco, Tenebra in aëre tenebroso; negatio identitatis inter entia distincta; aliaeque huiusmodi negationes. A parte rei etiam re vera exitit ab æternō negatio mundi, hoc ipso quod mundus existere cœpit in tempore. Tum Aristot. lib. 1. Phys. cap. 3. priuationem posuit principium generationis naturalis. Igitur falsum est negationem à parte rei penitus esse nihil. Respondeo propositiones, quibus eiusmodi negationes dari à parte rei affirmantur, aequivalentes esse veras, non quia negationes affirmatae, vere sint aliquid à parte rei: sicut enim, ut ostendimus, omnino nihil: sed quia aequivalenter est idem comparatione nostri intellectus affirmare dari à parte rei tales negationes, quadammodo illas adstruendo iudicio affirmatio; atque negare dari à parte rei entia, quæ negant illa excludendo, seu remouendo iudicio negatio: est autem verissimum in homine, quem cæcum vocamus, à parte rei non esse viuum, in aëre, quem tenebrolum dicimus, à parte rei non esse lucem: inter entia distincta à parte rei non esse identitatem, &c. Non esse autem à parte rei eiusmodi entia, non est esse à parte rei aliquid, sed potius non esse, seu esse nihil, ut ex terminis est notissimum, iuxta paulo antedicta. Ex quo patet quam verum sit mundum ab æterno non fuisse, quin ab æterno extiterit aliquid re vera, in quo consisterit negatio eius. Ad Aristotelis testimonium respondeo eatus illum inter principia generationis priuationem connumerasse loco citato, quatenus verum est ex non igne fieri ignem, ex non planta fieri plantam, &c. Sicut est verum ex non musico fieri musicum, ex frigido calidum, &c. ut ibi latius explicauimus. Hoc autem semper manet verum, quantumvis sit nihil priuatio forma per generationem producta. Quid namque id intereat ut subiectum per solam acquisitionem formæ, qua antea carebat, dicatur ex non habente formam transire in habens formam? Ex quo patet mutationem ex priuatione ad habitum à parte rei non esse transitum de uno extremo habente aliquid esse ad aliud, sed tantum de non esse habitus ad ipsius esse; quod idem est, atque esse transitum de nihilo ad aliquid.

Secundum argumentum sit. Quando incipit non existere aliquid, quod antea existebat, vere incipit esse in rerum natura variatio: vere enim minuitur vniuersitas rerum; incipitque esse pars solum eius totius, quod antea erat; atque adeo verus transitus datur ab hoc quod est totum existere ad hoc quod est existere solam partem. Ergo quando incipit non existere aliquid, vere incipit existere negatio eius, quæ subinde aliquam existentiam habet, neque est merum nihil. Confirmatur: quia in instanti, in quo primo creatus est mundus, vere fuit destruta negatio eius; siquidem mundus vere de non esse ad esse transiit. Ergo. Respondeo ad argumentum, quando incipit non existere aliquid, quod antea existebat, esse quidem in rerum natura

Pharus Scientiarum

200

variationent, non quod ponatur existens aliquid, quod antea non erat, sed quod ab existere removetur aliquid, quod antea existebat: varia-
tio quippe tam potest accidere per non existentiam eius, quod existebat, hoc est, per reductionem ad nihilum eius, quod erat aliquid, quam per existentiam eius, quod non existebat, sive per reductionem ad aliquid eius quod erat nihil: unde fit primo in cau pofto minui vniuersitatem rerum, inciper-
que existere solam partem totius, quod existebat ante, reuera non esse quidquam ponit, inciperque denuo esse, sed potius tolli, incipereque denuo non esse, nihilo prorsus denuo pofto, aut esse incipi-
ente. Fit secundo transitum illum ab existentia to-
tius ad solius partis existentiam re verā non esse
transitum ab aliquo ad aliquid, sed potius ab aliquo
ad nihil: qui proinde defitio potius quam transitus
dicendum est: quia incipere aliquid non esse, quod
erat, imaginarie tantum est transire de non esse
ad esse: reuera enim ad nihil transit, sed penitus
definit esse. Ad confirmationem respondeo: per
creationem mundi nihil omnino fuisse destrutum,
quod anteā ester negatio eius: quia transisse mun-
dum de non esse ad esse, non est transisse de aliquo
ad aliquid, sed de nihilo ad aliquid, ut conflat ex
dictis.

64 Tertium argumentum. Hoc iudicium est verum, atque conforme cum suo obiecto. *Mundus non ex-
istit ab aeterno.* Ergo ab aeterno fuit reuera eius ob-
iectum: ergo negatio mundi reuera exitit ab aeterno
non fuit panitus nihil. Et confirmatur: quia
hoc iudicium *Negatio Mundi*, fuit ab aeterno com-
muniter reputatur verum. Concessio antecedente
argumenti, nego consequentiam: quia ut iudicium
negatiuum de non existentia mundi ab aeterno sit
verum, & conforme suo obiecto, tantum requiri-
tur ut verē ab aeterno mundus non fuerit. Hoc autem
non est aliquid ab aeterno fuisse, sed potius non
fuisse, & penitus fuisse nihil, ut saepe dictum est.
Iudicium quippe negatiuum nō tendit in suum ob-
iectum illud adstruendo, seu affirmando, sed potius
illud remouendo, & negando: quocirca tunc est
suo obiecto conforme, quando obiectum verē non
est, vt per ipsum iudicatur non esse. De quo plura
supra disp. 2. q. 4 proposit. 4. Ad confirmationem res-
pondeo iudicium affirmatiuum de aeternā existen-
tiā negationis Mundi, communiter reputari verum:
quia communiter reputatur æquivalentes iudicio ne-
gatiuum de non existentia Mundi ab aeterno, cum
concipiatur à nobis communiter vice iudicij nega-
tiui ad eandem ipsum veritatem obiectiuam iudi-
candam, licet diuerso modo. Ceteroquin si quis
per tale iudicium velit, negationem mundi, cuius
aeternā existentiam affirmat aliquid reuera ab
aeterno fuisse, aut ab omni poftiuo distinetum, aut
cum aliquo poftiuo identificatum, ut sic eiusmodi
iudicium falsum euaderet, ut ex dictis hactenus li-
queret.

65 Quartum argumentum saepe Deus eligit negationem alicuius entis ut vitilem ad aliquem finem.
Negat enim reprobis auxilia efficacia, ut ostendat
diuinitas gloria sua in *vafa misericordia*, que prepara-
nūt in gloriam, ad Rom. 9. saepe vult, aut detestatur
alicui subiecto, quod amat, aliquam negationem,
eo quod illam tali subiecto commodam, aut
incommodam videt: procurat enim saepe, ut suiam
carent bonis temporalibus, de corumque inop-
ia, quemadmodum, & de peccatorum defectu gau-
det, dolens quodammodo vice verā de defectu vir-
tutum saepe etiam Deus, & nos amamus; aut odio

habemus aliquid, quod à carentia alicuius amabile
illud, aut odibile euadit. Cum confet euadere quod-
uis subiectum bonum à carentia formæ, que illud
redderet malum, contraque malum euadere à ca-
rentia formæ, que illud redderet bonum. Peccatum
etiam pura omissionis, si est possibile, vt nos puta-
mus, odibile est à Deo, & à nobis. Ergo falsum est
huiusmodi negationes, sive carentias penitus esse
nihil; alioquin illæ nec amabiles, nec odibiles, nec
cognoscibles à Deo essent, ut conflat.

66 V argumentum hoc luculentius dissoluam, ad-
uerto primò, nos quidem, qui titulo cognoscendi
per species alienas concipiimus negationes ut ali-
quid, cum verē sint nihil, bene pofte circa illas ita
conceptas directè, & poftiuè per actus voluntatis
tum prolequutionis, seu volitionis, tum etiam, fu-
gæ, seu nolitionis versari. Et quoniam sicut in no-
bis idem est per æquivalentiam per iudicium affir-
matum intellectus prosequi negationem, atque
per iudicium negatiuum fugere ab ente negato, ut
paulo anteā notandum, ita pariter idem est per
æquivalentiam per volitionem voluntatis prosequi
negationem, ac fugere per nolitionem ab ente ne-
gato, idcirco mons nostro assuefacti perinde de di-
unis actibus, ac de nostris loqui solemus respectu
ad negationes, & ad entia negata, veraque ablo-
lutè sunt loquitiones: tametsi in Deo yerē non den-
tur formaliter illi actus, quos per illas adstruimus:
quia saltem dantur æquivalenter in aliis, quos verē
Deus habet. Itaque quotiescumque dicitur Deus
per aliquem actum voluntatis circa aliquam ne-
gationem versari, per æquivalentiam dumta-
xat potest esse vera loquatio: quia Deus cir-
ca negationem per se spectatam nullum omnino
actum aut intellectus, aut voluntatis habere potest,
cum ea per se spectata à parte rei prorsus sit nihil.
Hoc tamen ipso quod Deus per actum oppositum
circa ens negatum versetur, perinde se habet æqui-
valenter, ac si versaretur circa negationem per
actum, quem ipsi attribuimus; proindeque in tali
cau loquutio nostra per æquivalentiam est vera. **67**

Aduerto secundo. Quemadmodum entia poftiuia
passim redditur amabilia, vel odibilia ab existen-
tiā alicuius circumstantiæ ratione sui non amabilis,
vel non odibilis, vt est notissimum, & in *Tract. de
voluntate*, assat ostendemus; ita etiam passim reddi-
amabilia, vel odibilia à defectu alicuius circum-
stantiæ: tametsi huiusmodi defectus vt pote nihil
ratione sui nec sit amabilis, nec odibilis. Vide pri-
mum in prenis damnati, que specialem amabilita-
tem contrahunt ab eius peccato respectu Dei, à quo
tamē peccatum ipsum amabile non est; nec non
in actione peccaminosa, que specialem odibilita-
tem contrahit ab extrinsecā libertate, quā fit; cum
tamen libertas ipsa odibilis non sit in se. Secundum
autem cernere poteris tum in iusto, qui specialiter
est amabilis, quod caret peccato; tum in peccato-
re, qui specialiter est odibilis, quod caret iustitia;
quoniam sit per se praeclaris amabilis carentia peccati, aut
odibilis carentia iustitiae. De quibus plura in *ditto
Tract.*

Hinc ad argumentum factum respondeo facile.
Deum nunquam eligere positiū, nec pofte aliquam
negationem ut vitilem ad aliquem finem si quando
autem dicitur illam eligere, quia ex intentione talis
finis verē non ponit rē negatam, per æquivalentiam
tantum esse verū eiusmodi dictum quia perinde est
æquivalenter, nolle Deū, vt existat aliquid, ne impe-
dimēto sit ille fini præ intentio; ac esset velle ut exi-
steret negatio eius ad obtinendum media illa ipsum
praein

Disp. IX. De ente, essent. exist. &c. Qu. IV. 201

prætentum finem, casu quod negatio esset aliiquid ut medium vtile ad tales finem elegibile a Deo: Ade, quoties in scripturis sacris dicitur Deus rem aliquam non facere, ut aliquem finem obtineat, nequitiam per tale dictum significari habere Deum volitionem de negatione talis rei, sed potius nolitionem de re ipsa, quam verè habet ab intentione talis finis oriundam. Vnde etiam dico nullam Deum negationem velle vel nolle, vt commodam, vel incommodam subiecto, quod amat, sed tantum nolle rem negatam, quod recidit in idem aequivalenter. Ens verò quod à negatione aliquius circumstantia, seu potius à non existentia eius redditur amabile, aut odibile, bene potest Deus amare, aut odire per actum connotantem circumstantiam ipsam, ut non existentem; quemadmodum amat, aut odit per actum connotantem circumstantiam ut existentem ens, quod à existentia eius amabile, aut odibile euadit, ut in *Tract. de voluntate* latius etiam dicemus. Cumque peccatum pura omissionis, si datur in potentia proximā, ad ponendum, vel non ponendum actum præceptum, prout illud non ponente consistat; hoc ipso quod Deus oderit talem potentiam proximam prout non ponentem talem actum, per odium scilicet suā naturā connotantem ipsum actus non existentiam, peccatum omissionis odio habebit, ut pluribus eriam explicabimus in dicto *Tract.*

69 Ex his alio argumento occures, quod à praepuis de rebus non efficiendis sive de corum negationibus desumti posset. Talia enim præcepta, si sint humana, bene possunt circa negationes versari, præcipiendo illas positivè eo ipso quod positivè potest homo eas amare, vel odire; aequivalenter tamen erunt semper talia præcepta rerum negationi prohibitiua. Si verò præcepta sint diuina, nullatenus poterunt esse positivè præceptua negationum, sed tantum prohibitiua rerum negatarum, quod in idem recidit. Quæ omnia satis iuperque constant ex dictis.

70 Postremò denique contra sententiam nostram potest sic argui. Oppositiō contradictoria, quæ datur inter ens negatum, & negationem, vera oppositiō est, immo omnium potissima: ergo inter duo saltem extrema vera versari debet, abque duobus enim saltem veris extremis nulla potest oppositiō vera constare: ergo negatio enti negato contradictoriè, & verè opposita non potest non esse aliiquid verum, sive illud sit quid positivum, aut complexum, aut simplex, sive quid distinctum realiter ab omni ente positivum. Respondeo oppositionem contradictoriā obiectū (nam actus etiam affirmans, & actus negans obiectū dicuntur contradictoriè opponi; de quorum tamen oppositione nulla in praetenti est difficultas) nostro modo concipiendi versari inter duo extrema distincta, quod sufficit ut ea sub aliquem conceptum formalem communem alias oppositionibus cadat, iuxta doctrinam vniuersalem de convenientia plurium sub eundem conceptum tradendam *disputatione* 17. re tamen ipsa non inter unum & aliud extrellum, sed inter esse, & non esse eiusdem versari. Hoc tamen, licet tollat, quod ea conueniat in conceptu oppositionis rali cum aliis oppositionibus, quæ versantur inter extrema distincta, iuxta dicenda etiam *loci citato*, non tamen tollit, quod ea in suo genere sit vera & stricta, immo & omnium potissima oppositiō: quia nihil est magis oppositum, aut repugnans enti, magis incompatibile cum ipso, quam non ens, seu nihil, ut constat. Itaque maximē omniū

sunt opposita esse, & non esse, non tamen tanquam unum & aliud, sed tanquam unum, & purum nihil. Ex quo patet de conceptu reali omnis oppositionis non esse, quod ea veretur inter extrema distincta, licet id sit de conceptu formalis omnis oppositionis, prout à nobis omnis oppositio concipitur.

QVÆSTIO IV.

Quotuplex sit negatio?

Q Vamquam negatio à parte rei prosum sit nihil, 71 vt ostensum q. 3. quia tamen illa à nobis concipitur ut aliiquid, ad varia que res comparata varios conceptus cum fundamento in rebus ipsis subire potest, non inutiliter in praesenti quæstione illam ut sic molimur dividere in ea, quæ habere potest, membra magis vniuersalia. Et quoniam id, cui immedia- tè, & formaliter concipitur negatio opponi, est actus significabilis per verbum, circa quem judicium negatiuum per modum recessus, sive remotionis veratur, ut ex dictis in superioribus fatis est notum, per comparationem imprimis ad eiusmodi actum, ad euifque subiectum, & terminum venit negatio dividenda. Sit igitur

Divisio 1.

Negationum alia est negatio actus contingentis, 72 alia actus impossibilis, alia actus necessarii subiecto, cuius actus concipitur.

Ex quibus subinde prima contingens. Secunda necessaria. Tertia impossibilis erit ipsi subiecto, cuius actum remouet, & eui vice ipsius actus conuenire concipitur, ut est notum. Tum contentane ad phrasim communem prima loquendo vniuersè priuatione dicetur, quia est remotion forma (qualis est omnis actus) à subiecto apto, sive compote ad illum habendam. Secunda autem negatio pura, quia est remotion forma à subiecto incepto, impotētive ad habendam illam. Tertia negatio impossibilis, quo sufficienter ab aliis discriminabitur.

Divisio 2.

Insuper tamen quævis dictarum negationum aut concipitur conuenient subiecto, cuius actum remouet, prout actu existenti. Aut subiecto, cuius actum remouet, considerato secundum se quiditatine.

Et negatio quidem subiecto contingens, si conuenit ei prout existenti, strictius solet appellari priuatione, latius verò si conuenit ei considerato secundum se. Negatio verò subiecto necessaria, vtrouis modo illi conueniat, strictè videtur communiter dici pura negatio. Sicut etiam negatio subiecto impossibilis strictè talis nuncupabitur, vtrouis ex dictis modis subiectum ipsum se se habeat.

Ex his perspicies negationem, quæ quodlibet 74 ens, alias contingens, de facto non existit priuationem latiori quodam modo venire appellandam: quia est negatio tali enti secundum se considerato contingens, vptore remouens existentiam, sive actum existendi ei possibilem; negationem verò, quæ quodlibet ens iam existens actu aliquo sive forma sibi possibili carere dicitur, priuationem strictiori modo dici debere. Negationem autem, quæ quodlibet ens sive existens, sive non existens dicitur non esse aliud quidpiam, estque subinde negatio actus effendi.

essendi aliud, sive identitatis cum illo tali enti penitus impossibilis. Tum negationem, qua quaevis chymera dicitur non existens, aut non potens existere: Tum negationes, quibus Deus non peccat. Homo non volat: lapis non intelligit, & ceteras omnes huiusmodi, quae a subiectis, quibus conueniunt, remouent actus eis impossibilis, negationes puras in uniussum, satilque stictè nuncupari. Denique negationes, quibus Deum non existere hominem non esse rationalem, lapidem non esse possibilem, aliaque huiusmodi figurae concipi possunt, negationes esse impossibilis.

Divisio 3.

Amplius vero priuatio strictiori modo sumpta, vti diximus, pro carentia actus, seu forma in subiecto apto illam prout existente, in alia membra diuidi solet, iuxta Aristotel. lib. 5. *Metaphysic.* cap. 22.

75 Primo enim dici solet priuatio, licet valde impolie (proprios enim dicetur pura negatio) que remouet actum, seu formam à subiecto capaci illius tantum secundum praedictum valde communice. Vt si planta (quod est exemplum Aristot.) priuata oculis dicatur, quod ex praeciso praedicato viuentis ei non repugnat illos habere. Secundum minus impolie priuatio dicitur, que remouet formam à subiecto capaci illius praecise secundum praedicatum genericum speciei atomæ proximum. Vt si alpa cræsus, sive oculis priuatius dicatur, quod ex praedicato animalis bene posset habere illos. Tertiò solet, & magis proprie dici priuatio, que remouet formam à subiecto capaci illius ex praedicato specifico, non vero pro tali tempore, pro talive peristasi circumstantiarum, vt si puer recens natus priuatus dentibus dicatur. Quartò magis adhuc proprie, frequenterque priuatio dicitur, que à subiecto vndeque illius capaci remouet formam, non tamen ipsi subiecto debitâ, vt quando aer priuatus lumen appellatur. Quintò denique propriissime omnium nuncupatur priuatio, que resouet formam subiecto debitan debito aliquo vel naturali, vel morali. Quo pacto carentia fragilitatis debitæ in aqua, omnis actus praecipi in homine, aliaeque huiusmodi propriissime priuationes erunt. Præterea ex eodem Arist. *Suprà priuationum* alia est totalis, que totam, integravite formam à subiecto capaci remouet. Alia partialis, que partem solum formam remouet, alia parte relicta.

76 Ex dictis collige primo. Eatenus solum dici posse priuationem fulcire posse magis, & minus, quatenus, plus aut minus de forma alias diuisibili potest per illam remoueri à subiecto. Nisi quis velit priuationem alias æqualis forme maiorem aut minorem vocare penes maius, vel minus debitum, quo debita est subiecto forma, qua priuat. Quæ tamen loquutio impropria erit.

77 Collige secundo. Quo sensu dici solet communiter dari medium inter priuationem, & habitum; secus inter negationem, & rem negatam (appellant autem imprætentiarum habitum id, quod per priuationem, aut etiam per negationem excluditur; quasi haberetur, ea fablata). Etenim cum priuatio vt talis connoret in subiecto, cuius habitum seu potius actum remouet, capacitem ad illum; sape fit vt defectu capacitatibus connotata neque priuatio, neque habitus, seu actus per illam exclusus conueniat alteri subiecto. Ob id enim dicitur vere lapidem neque esse cæcum, neque habentem visum,

quia de conceptu cæci, supra carentiam visus, est capacitas habendi illum, quam non habet lapis. Quod est inter priuationem & habitum dari medium. Ast cum negatio sumpta vniuersè ab huiusmodi praescindat connationibus, ea necessario, vel res negata debet extra illum medium ubique dari, cum sit formaliter idem alicubi non esse rem negatam, & esse ibidem eius negationem, qua ratione negatio à nobis esse concepitur sumpta vniuersè pro mera carentia entis, sive non esse eius. Quod addo: quia si sermo sit de pura negatione contraposita priuationi, non minus inter illam, & rem negatam, quam inter priuationem, & habitum poterit dari medium: siquidem negatio pura vt talis in subiecto, cuius actum remouet, connotat inaptitudinem ad illum, vt priuatione connotat aptitudinem. Quocirca sicut verum est lapidem neque priuatione esse visu, neque visum habere; ita erit verum hominem cæcum neque esse purè negatum visu, neque visum habere: quia sicut de conceptu priuationi visu est capacitas visum habendi, qualis non habet lapis: ita de conceptu pure negati visu est in capacitas habendi visum, qualis non habet homo cæcus. Hinc sit inter priuationem & actum, quo priuat non dari medium relate ad subiectum, respectu cuius est priuatio, sed tantum relate ad aliud, respectu cuius talis non est, vt satis ex dictis est notum. Tantundemque dicendum venit de negatione pura vt tali.

Collige tertio: etiam respectu subiectorum impossibilium aliquam priuationem latius acceptam dati posse, quidquid nonnulli contradicunt: talis enim erit negatio actus, quo non cognoscuntur, aut non amantur talia subiecta, cum tamen possint.

Collige quartò, ibidem omnino esse quamlibet 79 negationem per conceptionem nostram, vbi esset actus per eam negatus, nempe in eodem subiecto, in eodem loco, in eodem tempore, in eodem statu, &c. quia concepitur vt removet formaliter actus loco eius prorsus succedens. Re enim ipsa inde removetur actus, vbi non esse dicitur. Ibidemque propterea, iuxta modum concipiendi nostrum, loco eius ponit debet ipsius negatio. Hoc tamen dictum dumtaxat sit de negatione actus, cui conuenit se ipso immediate esse ibi, vbi non esse dicitur; undeque propter ea re ipsa per sui non esse removetur. Actus enim, cui conuenit non se ipso immediate, sed medio alio actu esse alicubi: bene potest ibi non esse actu intermedio deficiente: quin ibi sit eius negatio. Sic enim cognitio existens Madriti, & non Roma, ita deest à Roma per solnm defectum praesentia, qua Roma esse posset, vt nequeat dici esse Roma, negatio existentia eius; bene tamen negatio praesentia, quam posset ibi habere. Verum de his propriis in locis plura speciatim dicenda sunt.

Postrem ex dictis in hac & precedente quæstione colligitur, quotiescumque de negationibus rerum occurrit sermo, connaturalis, accommodatusque ad modum nostrum concipiendi, atque adeo explicatiu dici quidquid circa eas dicere oportet, si de eis tanquam de aliquibus conceptibus verum & reale esse negativum habentibus, quo pacto à nobis concipiuntur, loquimur; tamet in se re ipsa prioris sint nihil; in seque proinde ab intuentibus non sint conceptibiles. Ob id cum loquimur de contradictoriis, vt de duobus extremis mutuo se se formaliter excludentibus loquimur, quorum alterum est negatio, alterum res negata; & conuenienter perinde apud nos est dicere, rem non esse,

Disp.IX. De ente, essent. exist. &c. Quæst. V. 203

& esse eius negationem; sive passim dicimus extiter negationem rei, ubi res negata non existit, nimirum in tali tempore, in tali loco, in tali subiecto, &c. iuxta dicta num. *precedente*. Sic chymarum impossibilium necessariis dicimus negationes; è contra vero rerum necessariarum impossibilis negationes vocamus. Et vniuersim, quoties rigorose loquendo aliquid erat rebus negandum enunciatione negativa, seu remotiva, toties illius negatio ei indiscriminatum solet attribui enunciatione affirmativa, seu positiva. Qui omnes nihilominus loquendi modi per aequivalenter sunt veri, ut ex dictis liquidum est. Ob id claritatis, & alius morem gerendi gratia, eisdem nos indiscriminatum in nostris operibus vtemur, nisi aliud materia postulauerit. Hinc protestantes per illos nos doctrinae statuta quæst. *precedente*, ne minimum quidem intendere derogare,

Q V A E S T I O V.

Quenam propositiones evidentes, aut alijs certæ, seu per se nota, seu demonstrata ex terminis huius disputationis in superioribus expositis eliciantur cum inter se tum cum terminis precedentis collatis?

81 **Q** Via materia presentis disputationis fere metaphysica est, vt principio dicebam, oportuit questionem hanc instituere, iuxta methodum præstitutum in præfatione ad lectorum. Cui responderet; propositiones, quas inquirit, esse sequentes.

Propositio 1.

82 **I**mpossible est aliquid simul esse, & non esse. Impossible est etiam aliquid simul neque esse, neque non esse. Tum necesse est quodlibet aut esse, aut non esse. Necesse est etiam quodlibet aut deesse, aut non deesse (sumpto deesse pro non esse).

Coniungo sub una propositione haec quatuor principia. Tum quia in idem fere recidunt aequivalenter. Tum quia ad explicandam eorum naturam oporet illa inuicem comparare. Primum tradit Aristotel. lib. 4. Metaph. cap. 3. text. 8. his verbis *Idem enim simul esse, & non esse in eodem secundum idem est impossible*. Additque esse omnium principiorum firmissimum, atque certissimum. Atque omnes demonstrantes in illud tandem suas propositiones deducere, vt pote quod omnium dignitatum seu principiorum principium est. Tertium tradit in eodem lib. cap. 7. text. 27. dum ait. *Verum neque inter contradictiones quidquam medium esse continet*. Sed necessarium aut dicere, aut negare unum de unoquoque. Quorum amborum mentionem etiam facit lib. 1. post. cap. 8. text. 26. & 27. his ferme verbis. *Impossible est idem simul affirmari, & negari de eodem. Necesse est idem affirmari, vel negari de eodem*. Secundum autem, & quartum principium in primo, & tertio continetur, vt iam expono.

83 Etenim huiusmodi principia in natura exterritorum contradictionis, qua talium, fundantur immediate; eorumque subinde immediatas, atque per se notissimas proprietates enunciant. Dicuntur autem extrema contradictionis, seu contradictionia nega-

tio obiectiva, & id quod per illam negatur, seu remouetur, iuxta doctrinam statutam quæst. 3. & 4. præfertim num. 70. & 80. Quæ quidem extrema ita iuxta ibidem dicta opponuntur, ut quodvis eorum aequivalenter, nostroque modo concipiendi suapte natura & essentia sit formalis exclusio, ablatio, sive remotio alterius, & consequenter cuiusvis exclusio, ablatio sive remotio alterius sit formalis positio. Hinc autem sit primò quid nequeat unum contradictionis exterrum esse, quin deest alterum, atque adeo, quod nequeant ambo simul esse, & consequenter, quod sit impossibile aliquid simul esse & non esse. Secundò sit, quod nequeat deesse unum contradictionis exterrum, quin sit alterum. Atque adeo quod nequeant ambo simul deesse, & consequenter, quod sit impossibile aliquid simul neque esse neque non esse, prout fert principium secundum. Aliquid namque simul neque esse, neque non esse, est simul deesse ambo contradictionis extrema. Tertiò sit, quod nequeat non esse contradictionum positivum, si deest negativum, & vice versa. Atque adeo, quod sit necesse alterutrum eorum esse. Et consequenter, (quod est idem) quod sit necesse quodlibet aut esse, aut non esse, prout fert principium tertium. Quardò sit quod nequeat non deesse contradictionum positivum, si est negativum, & vice versa, atque adeo quod sit necesse alterutrum eorum deesse. Et consequenter (quod est idem) quod sit necesse quodlibet aut non esse, aut non non esse, prout fert principium quartum. Vnde appetat quatuor propria principia aliter sic breuius efferti posse. *Impossible est, utrumque contradictionum simul esse. Impossible est, utrumque contradictionum simul deesse. Necesse est alterutrum contradictionum esse. Necesse est alterutrum contradictionum deesse*.

Quæ cùm ita sine colligo primò. Duo priora 84 principia, quamvis formaliter sint duo: quatenus tam ex parte intellectuum nostrarum, quam ex parte conceptuum obiectuum diuersitatem habent. Equivalenter tamen esse unum & idem, quatenus veritas obiectiva per utrumque enunciata una est, & eadem à parte rei. Differunt enim tantum sicut differunt propositiones affirmativa vnius exterrum contradictionis, & negativa alterius. De quibus aequivalenter esse eandem ex dictis quæst. 3. constat. Etenim cum positio vnius exterrum contradictionis sit ablatio alterius, & è conuerso, vt dictum est, qui utrumque simul adstruit, eo ipso auferit simul utrumque atque ita hæ propositiones. *Utrumque contradictionum est. Neurum contradictionum est, & similes, aequivalentes sunt*. Quo fit, vt duo priora dicta principia aequivalenter, vel (quod est idem) unum aequivalenter sint. Tantumdemque eodem iure venit dicendum de duabus posterioribus inter se comparatis. De eis nihilominus ob diuersitatem, quam habent formalem, tanquam de distinctis, quoties opus fuerit loquemur.

Secundò colligo. Duo priora dicta principia 85 magis distinguuntur a duabus posterioribus, & vice versa; quia duo priora veritatem quamdam negatiuam enunciant, nempe impotentiam subiecti ad utrumque contradictionem. Duo vero posteriora veritatem quandam positivam, nempe necessitatim subiecti ad alterutrum contradictionem. Adeo tamen evidenter, & immediate hæ duas veritates mutuo se inserant, mutuoque inter se connectuntur.

connectuntur, ut alterutra in alterâ contineri vir-
conuerteret dici possit loquendo logicè. Ex eo enim
quod subiectum est impotens ad habendum vtrumque
contradictorium, confutum fit esse necessarium
ad carendum alterutrum, & vice versa. Pariterque
ex eo quod sit impotens ad carendum vtrumque
sequitur necessarium esse ad habendum alterutrum,
& è conuerto. Quomodo autem ista principia
simultanea inter se sint, etiam si alia positiva
sint & alia negativa ex dicendis postmodum appa-
rebit.

⁸⁶ Tertiò colligo, aliud principium, quod *suprà* ad-
didit Arist. nempe *impossibile est dari medium inter
duo contradictoria*, in illud secundum recidere.
*Impossibile est vtrumque contradictorium simul
esse*. Quia non posse dari medium inter duo
contradicторia idem est, ac non posse vtrumque
simul ita deficere, ut detur aliud quidquam loco
vtriusque.

⁸⁷ Adnotare tamen oportet. Tametsi dicta principia sumpta absolute, seu prout in statu abolute, verissima iuxta, atque evidenter sint. At si sumantur conditionate, seu prout in statu conditionato, saepe falsificari nisi eis aliquid adiiciatur, quo, & in tali quoque statu, atque adeo profus vniuersaliter vera sint. Quamquam enim verissimum sit, loquendo absolute, non posse vtrumque contradicitorium aut simul esse, aut simul deesse. Necesseque subinde esse ut sit vnum, & desit alterum. Falso tam id ipsum est, loquendo ex hypothesi, quod esset, aut quod deesset, vtrumque, quia vere, si esset vtrumque, esset vtrumque, & posset esse, verèque si deesset vtrumque deesset, vtrumque, & posset deesset. Subindeque verè etiam, non esset necesse, ut esset vnum, & deesset alterum, si aut esset vtrumque, aut deesset vtrumque. Ratio autem est, quia licet quodvis ex contradictoriis sive conceptu sive formalis exclusio alterius: atque adeo non possit non excludere illud etiam in statu conditionato, & consequenter ex vi positionis vnius sequatur necessario in omni statu defectus alterius, aliunde tamen in statu conditionato potest etiam necessario sequi ex vi hypothesis eiudem positio, atque adeo esse conditionate verum illud simul esse, & non esse. Vide id hāc propositione ab illo omni dubio verissima. *Si simul existentia duo contradictoria, simul existentia duo contradictoria*. Quamquam enim ex vi existentiae conditionata vnius contradictionis sequatur non existentia conditionata alterius, indeq; præcisè propositione adstruens vtriusque existentiam videatur falsificari, aliunde tamen ex vi hypothesis adstruitur existentia eiudem, quo sit, ut talis propositione simpliciter, & vndeque sit vera. Itaque verum est simpliciter extitum vtrumque contradictionis vtrumque existet. Tametsi etiam sit verum neutrum contradictionis extitum, si vtrumque existet, quia quodvis ex se excluderet alterum. Nec mirum cum existere vtrumque, & neutrum existere idem ex parte obiectum sit, ut constat ex dictis. Tantumdemque dicendum est de quāvis alia propositione conditionata, que sub conditione impossibili verè affirmata fore simul duo contradictoria, qualis est. *Si existentes secundus Deus, existentia duo contradictoria, & similes*.

⁸⁸ Igitur ut praedicta principia vniuersaliter va-
leant etiam pro statu conditionato aliqua particula
exceptua adiicienda est, que omnino dis-
excludat veritatem obiectuum alterius contradictionis
in consilio alterius. Si enim dicas. *Impossi-
ble est idem simul esse, & non esse simpliciter*. Ut

sensus sit. Impossibile est idem ita esse, ut ex nullo capite sit verum non esse; & simul ita non esse, ut ex nullo capite sit verum esse. Tunc tale principium pro statu etiam conditionato erit verissimum, atque certissimum: quia verissime, atque certissime est impossibile ita esse aliquid conditionate, ut ex nullo capite sit verum non esse, & simul ita non esse, ut ex nullo capite sit verum esse. Inde enim fieret, ut tale obiectum conditionatum absolutè esset simul verum, & non verum, id est absolutè affirmabile, & non affir-
mabile verè, atque ideo simul à Deo iudicabile, & non iudicabile, quod verissime, atque cer-
tissime impossibile est. Pariterque philophandum est de aliis principiis. Videantur ad rem dicta *suprà* diff. 3. quest. 4.

Hic dubitant aliqui an principium illud. *In- 89
possibile est idem simul esse, & non esse*. Verè sit primum omnium principiorum, in quod tandem demonstrationes omnium scientiarum deducantur, ut dixit Arist. libro 4. *Metaph. cap. 3. citato*. Ne-
gat nonnulli apud Soar. *disputatione 3. Metaph. 3. censentes esse primum alterum. Necesse est quodlibet aut esse, aut non esse*, eo quod hoc affi-
matum est; illud negatum, & omnis negatio supponit prædicatum positum, in quo funde-
tur. Soar. verò distinguens duplex genus demon-
strationum ostensivum scilicet, & deducens ad impossibile dicit in priori genere non esse dictum principium totius *Metaphysice*, nemus omnium scientiarum primum. Bene tamen in posteriori, cui ego quoad hanc secundam partem consentio; eo quod omnis demonstratio cuiuslibet scientie deducens ad impossibile usque ad principium dictum deducatur, necesse est; Siquidem id solum est simpliciter impossibile, quod secum fert duo extrema contradictionia, ut demonstrabitur *inferius disputatione 11*. Quoad primam verò partem dico intra genus demonstrationum ostensivum dictum principium non esse prioritate principij pri-
mum totius *Metaphysice*, nemus omnium sci-
entiarum: quia non omnes, imò paucissima demon-
strationes ostensivæ *metaphysica* resolvuntur in illud. Ese tamen vnum ex primis totius *Metaphysica* prioritate vniuersalitatis, vtpote, quod de subiecto vniuersalissimo omnium, quale est quidlibet concepsibile, sive possibile, sive im-
possible, vnam ex primis eius proprietatibus præ-
dicat, nempe esse impotens ad subiectum simul
duo extrema contradictionia, hoc est, ad se exercen-
dum simul per duos actus contradictionis, que
proprietas in natura potissimum ipsorum contra-
dictiorum fundatur, corundemque subinde etiam proprietates est: ab eisdem enim fundamen-
tis denominantur immediate subiectum quidem
impotens ad suffera simul duo contradictionia,
& ipsa contradictione impotentia ad conuenientem
simul subiecto. In quibus eisdem fundamen-
tis nititur immediate principium alterum posi-
tum, quo prædicatur de eodem subiecto, ne-
cessitatum esse ad alterutrum ex extremis contra-
dictoria, de quouisque horum necessitatum esse
ad conuenientem subiecto ex hypothesi defectus
alterius. Vnde pater duo ille principia. *Impossi-
ble est idem simul esse, & non esse. Necesse est quodlibet
aut esse, aut non esse*, quibus alia duo princi-
pia aequivalentia sunt, immediate nasci ex essentiâ
contradictoriorum extremorum relatè ad subie-
ctum, cuius actus sunt ipsa extrema; atque ita esti sit
alterum positum, & alterum negatum, ne-
trum

Disp.IX. De ente, essen. exist. &c. Quæst.V 205

trum prius altero , sed inicem simultanea esse , & consequenter utrumque ex primis totius Metaphysicæ prioritate vniuersalitatis, ut potè, quæ subiecto conueniūt vniuersalissimo omnī iuxta nuper dicta.

90 In ipsis autem duobus principiis illa alia duo logicorum fundantur *Impossibile est duas propositiones contradictoriæ aut simul veras, aut simul falsas esse. Necesse est, ut ex duabus propositionibus contradictoriis altera vera sit, & altera falsa.* Quod apud omnes in confessio , & ex dictis a nobis *suprà disp. 3. q. 5.* conspicuum est.

Propositio 2.

91 Positio cuiusvis ex extremis contradictoriis suope conceptu formalis est alterius exclusio , sive defectus , sive remoto. Et è conuerso, cuiusvis exclusio , sive defectus, sive remoto formalis est alterius positio.

Dicuntur autem extrema contradictionis, seu extrema contradictoriæ, ut nuper notaui, negatio obiectiva , & id , quod per illam negatur. Quo tamen pasto talia ea sint (ut in propositione assentitur) per quamdam solum aquivalentiam , & nostro modo concipiendi ; eo quod extremum negatiuum à parte rei prouersus est nihil, eiuſque veritas obiectiva potius in non positione , quam in positione alicuius stat, ex dictis in superioribus præterim num. 70. 80. & 83. constat, quæ ad rem recolenda. Quomodo etiam pleraque extrema apud nos contradictoriæ, ex parte rerum fundamentaliter tantum contradictioniæ sunt, non formaliter, quatenus fundamenta eorum ex parte rerum entia sunt purè positiva, positione solum ab intuentibus cognoscibilia, non vero entia , & negationes, quæ tum positivæ, tum negatiue ab intuentibus etiam cognoscibilia sunt, ex dictis infra disp. 11. constabit. Impræsentiarum verò de omnibus est idem censendum , ob omnium, quod ad rem attinet, æquivalentiam.

Propositio 3.

92 Quolibet ex suppositione , quod est , necesse est esse. Tum quilibet ex suppositione , quod non est , necesse est non esse.

Hæc propositio duo proposita principia contineat, axioma est non minus celebre, nec minus per se euident, quam prima ; insuperque demonstrari per illam potest. Nam si facta , & retenta suppositione , quod quidpiam est , non esset , aut , quod quidpiam non est , esset. Id simul esset , & non esset contra dictam *proposit. 1.* sequuntur autem ex duobus ipsis principiis hec alia duo. *Ex suppositione, quod aliquid est, impossibile est non esse. Ex suppositione, quod aliquid non est, impossibile est esse.*

Propositio 4.

93 Essentia composita, & aggregatum omnium partium, ex quibus componitur, idem omnino sunt.

Hæc propositio apud omnes est certissima, satis que euident ex ipsis terminis. Sed est notandum essentiam compositam bifariam usurpari posse , substantiæ scilicet , & adiectiæ. Substantiæ dicitur accipi, quando omnes ex æquo partes eius directæ , & in recto accipiuntur. Adiectiæ vero , quando aliqua pars eius directæ , & in recto , reliqua autem indirectæ , & in obliquo , sive de connotato accipiuntur ; & priori quidem modo sumpta dici-

Pharus Scient. Tom. I.

tur essentia per se (qualis est semper essentia simplex , seu non composita) posteriori modo sumpta dicitur essentia per accidens , iuxta definitiones q. 2. traditas ex Arist. Igitur essentia per se aliud non est ab aggregato omnium suarum partium substantiæ sumptuarum essentia autem per accidens aliud non est ab aggregato omnium suarum partium sumptuarum adiectiæ. Quo fit , ut essentia sumpta vniuersæ, & aggregatum omnium partium, ex quibus ea componitur , idem omnino sint , ut propositio nostra fert. Appello autem partem essentiæ omne illud , quod quoquo modo intrinsecè constituit ipsam.

Propositio 5.

94 Essentia composita aut ex partibus habentibus esse in eodem tertio , aut ex partibus habentibus esse in diuersis considerari potest composita.

Sermo est in propositione de omni essentiæ composita , sive ea sit essentia per se , sive essentia per accidens , iuxta dicta *proposit. 4.* Est autem propositio certissima : quia essentiam compositam dicimus vniuersæ aggregatum quodvis ex partibus quoquo modo coalecens. Compertum est autem considerari posse aggregatum coalecens ex partibus aut habentibus esse in eodem tertio , hoc est, in eodem statu , in eodem tempore, in eodem loco, in eodem subiecto , & si quæ sunt alia , in quibus essentiæ esse , sive habere esse dicuntur ; aut habentibus esse in diuersis , vt si una pars in statu tantum quiditatuo habeat esse , alia in statu existentiali. Tum una in hoc tempore , alia in illo ; una in isto loco , alia in alio &c.

Propositio 6.

95 Quoties subiectum prædicationis est aliqua essentia per se composita , omnibus partibus eius ex æquo tribuitur prædicatum , cùm prædicatio est affirmativa , pariterque detrahitur , cùm est negativa , non vero aliquibus , aut alicui tantum praæalis ; idque , sive tales partes distributiue , sive collectiue capiantur.

Hæc propositio ab experientiæ est euident bene obseruant modum , quem nos iudicandi & prædicandi habemus ; rationeque insuper manifesta monstratur experientia supposita. Certum namque est nos modum quendam fixum habere apprehendendi , arque significandi subiectum , vt ei possimus per iudicium perque extream enunciationem tribuere , vel detrahere prædicatum , qui quidem modus est apprehendendi , & significandi subiectum directe , & in recto , vt aiunt, prout experientia monstrat. Deinde est certum , quoties modo isto , nimis directe , & in recto plura ex æquo apprehendimus , significamusve ex parte subiecti , proindeque subiectum prædicationis est aggregatum plurium dicens ex æquo illa omnia directe , & in recto non posse nos aliquibus eorum præ carceris tribuere , vel detrahere prædicatum , aut iudicio , aut enuntiatione , sed omnibus necessario , vel nullis tribuendum , aut detrahendum esse ; idque , sive ea distributiue , sive collectiue capiantur. Ratio est aperta : quia cùm omnia , & singula eodem omnino modo supposita sint prædicata , non est cur aliquibus præ alii tribuatur , vel detrahatur prædicatum aut iudicio , aut enuntiatione. Deinde experientia conuincit. Si enim

semel ita iudices, aut enuncies : *Omnis homo currit*, aut, *collectio omnium hominum existit*, tribuendo scilicet cursum omnibus hominibus distributiū, aut existentiam omnibus collectiū, vel ita. *Omnis homo non currit*, aut *collectio omnium hominum non currit, non existit*, deprehendo currum omnibus hominibus distributiū, aut existentiam omnibus collectiū, nequam tibi integrum erit eadem semper apprehensione, aut significacione subiecti retenta, aliquibus tantum hominibus prae aliis cursum, aut existentiam tribuere, valde trahere iudicio, vel enuntiatione : alioquin haec propositio : *Omnis homo currit*, nullatenus eius significacione variata, modo de omnibus hominibus, modo de aliquibus tantum cursum affirmaret. Pariterque negaret haec *Omnis homo non currit*, similiterque haec, *collectio hominum existit*, modo de tota hominum collectione, modo de parte eius dumtaxat affirmaret existentiam; haecque negaret, *Collectio omnium hominum non existit* citra omnem omnino variationem significacionum suarum, quod patet impossibile esse.

96 Ex his propositio venit sic demonstrada. Essentia per se composita aggregatum quoddam est plurimum partium dicens ex aequo illas omnes directe, & in recto, atque adeo substantiū, ut constat ex eius definitione tradita q.2. Sed quoties subiectum prædicationis est aggregatum plurium dicens ex aequo illa omnia directe, & in recto, non potest non omnibus illis ex aequo tribu prædicatum, aut detrahi iudicio, vel enuntiatione, idque siue distributiū illarum, siue collectiū capiantur; aliquibus enim præ aliis, aut tribui, aut detrahi est impossibile, iuxta modum, quem nos habemus intelligendi, ut num. preced. statutum est. Igitur quoties subiectum prædicationis, &c. Quod erat ostendendum.

97 Habet autem propositio locum, vt in ea dixi, tam pro casu, quo partes essentia composita, positaque pro subiecto prædicationis accipiuntur distributiū, quam pro calvo quo collectiū. Quod vt clariss noscatur, supponendum est primò. Tunc partes subiecti compositi sumi distributiū, quando prædicatum ita illis omnibus per affirmationem tribuitur, aut per negationem detrahitur, vt etiam singulis, cui libetque illarum seorsim tribuat, aut detrahatur. Tunc vero sumuntur collectiū, quando prædicatum integræ illarum collectioni, siue aggregato ita tribuitur, aut detrahitur omnino indiuism, vt non tribuatur, aut detrahatur singulis, vel earum vili seorsim. Qui proinde duplex modus sumendi partes subiecti composti distributiū, & collectiū dumtaxat habet locum, quando illud est essentia per se; siquidem quando est essentia per accidens non omnibus partibus eius, sed vni tantum, connotatis reliquis, tribuitur, detrahiturve prædicatum, vt videmus propositio seq.

98 Secundò supponendum est, esse aliqua prædicta, que ita conuenient re vera omnibus, & singulis partibus essentia per se composita distributiū sumptis, vt non conuenient eidem collectiū sumptis, hoc est essentia ipsi sumpti indiuism. Et eße alia, quæ vice versa, ita conuenient essentia sumpti indiuism, vt non conuenient singulis partibus eius distributiū sumptis. Prædicatum prioris generis est, eſſe quid componens tales essentiam, quod conuenit omnibus, & singulis partibus eius distributiū sumptis, ipsi vero essentia collectiū, siue indiuism sumpti minimè, vt constat. Prædicatum vero posterioris generis est, eſſe quid compositum ex omnibus talibus partibus, quod tota essentia indiuism conuenit, secus singulis eius partibus diuisim, siue seorsim, vt etiam constat. Aliaque plura sunt huiusmodi.

Tertius supponendum est, else alia prædicta 99 præterea, quæ si conueniant omnibus, & singulis partibus essentia per se composita sumptis distributiue, non possunt non conuenire item essentia ipsi sumpti indiuism, atque etiam è conuerso. Tale est prædicatum existendi. Repugnat enim manifeste existere omnes, & singulas partes essentia, quin existat ipsa essentia; atque etiam è conuerso repugnat existere essentiam, quin existant omnes, & singula partes eius. Alia vero sunt prædicta, que si conueniant omnibus partibus distributiue sumptis, essentia per se composita non possunt essentia ipsi sumpti indiuism non conuenire; sed non vice versa. Tale est prædicatum potentis deficere. Repugnat enim aperte possi deficere omnes partes alicuius essentiae, quin possit essentia ipsa deficere. At essentiam aliquam possit deficere, quin omnes partes eius possint deficere possibile est. Talis namque est essentia aggregata ex Deo, & creaturis, vt constat. Denique excogitari possunt prædicta alia (quo fiat combinatio adæquate) quæ si conueniant alicui essentiae per se composita sumpti indiuism, non possint non omnibus partibus eius distributiue sumptis non conuenire. Non tamē è contra. Sed hoc prædicatorum genus non videtur possibile.

Itaque combinatio sic adæquate fieri potest. Prædicatorum absolutorum quedam conueniunt essentia simul, & eius partibus; quedam nec essentia, nec partibus; quedam essentia, & non partibus; quedam partibus, & non essentia. Prædicatorum vero quasi ex hypothesi; quedam si conueniunt partibus, nequeunt non conuenire essentia; atq; etiam è conuerso: quedam, si conueniunt partibus, nequeunt non conuenire essentia, non tamē è conuerso; quedam, si conueniunt essentia, nequeunt non conuenire partibus, non tamē è conuerso. Ad discernendum autem huiusmodi prædicatorum genera regula certa generalis facile præscribi non potest. Quare eorum natura, essentiæque item, & partium eius naturis, ad quas comparantur, probe perspectis, quanam huius, & quanam alterius sint generis diuidendum est. Quod sāpē nos præstabilimus in seq.

Propositio 7.

Quoties subiectum prædicationis est aliqua essentia per accidens ei soli parti, quam dicit directe & in recto, tribuitur prædicatum affirmatione, detrahiturque negatione, connotatis tamen per prædicatum ceteris talis essentia partibus quoad idem esse, secundum quod illæ in ipsa essentia connotantur, siue indirecte, & in obliquo dicuntur.

Consonat haec propositio doctrina traditæ supra disput. 2. quaſt. 4. confcl. 5. quæ ad rem recognoscenda est, probandaque venit potissimum ab experientia ipsa. Experimur enim aperte ei soli parti subiecti, quæ sumuntur directe, & in recto, tribui prædicatum affirmatione, & detrahiri negatione. Si namque dicas, *Leo Petri currit*, non Petro sumpto in obliquo, sed leoni sumpto in recto tribuis actum currendi, eidemque detrahitis, si dicas, *Leo Petri non currit*. Similiter si dicas, *Petri legens Roma librum est homo* nec lectio cadenti oblique, sub conceptu *legens* nec libro, nec Romæ sumptis etiam oblique, sed soli Petro sumpto in recto tribuis actum essendi homo, & in ceteris pariter. Ob id apud Gramma-

Grammaticos suppositum verbi semper ponitur in nominatio, qui est casus rectus. Constat autem apud Grammaticos de solo supposito verbi dici ipsum verbum; atque adeo apud Logicos de solo subiecto directe respondentे supposito venire dicendum prædicatum respondens verbo, iuxta dicta in eā q. 4 Conf. 1. Quæ omnia notissima sunt.

¹⁰² Cū igitur essentia per accidens aggregatum quoddam sit plurimum partium dicens directe, sive in recto vnam earum, & ceteras indirecte, sive in obliquo, atque adeo adiectuē, iuxta definitiōnēm traditam q. 2. planè conſequitur; quoties subiectum prædicationis est aliqua essentia per accidens, ei soli parti, quam dicit directe, & in recto, tribui prædicatum affirmatione, & detrahi negatione, quæ nostra propositionis prima pars est.

¹⁰³ Secunda autem. Connotari scilicet per prædicatum ceteras essentiæ partes, quoad idem esse, secundum quod illa in ipsa essentiā connotantur, sive indirecte, & in obliquo dicuntur, inde plane monstranda venit: quia cū prædicatum (vtpotē, quod est actus subiecti, aut actum subiecti includit in eo), iuxta dicta in eo Conf., super citato nō possit non connotare subiectum ipsum quoad esse faltem eius quiditatium, vt constat ex doctrinā statutā disp. 8. q. 4. propoſit. 2. nec potest non connotare terminos alios per ipsum subiectum connotatos. Connotatio quippe coniunctio quadam est extremi connotantis cum connotato; repugnat autem primum coniunctio esse cum secundo prout coniuncto cum tertio, quia primum etiam sit coniunctum cum tertio, vt est notissimum.

¹⁰⁴ Hinc autem si primū, non posse nos affirmare expreſſe, & formaliter prædicatum de subiecto prout connotante terminos alios, sive prout subiect illis, quin simul cādem affirmatione affirmemus tacitē, & virtualiter terminos ipsos connotatos, quoad illud ipsum eorum esse, secundum quod sunt connotati. Quoniam, qui expreſſe, & formaliter affirmat, quodpiam habere esse coniunctum cum esse alterius, conſequenter affirmat tacitē, & virtualiter, & alterum habere esse.

¹⁰⁵ Secundū fit bene posse nos negare expreſſe, & formaliter prædicatum de subiecto prout connotante terminos alios, quia tacitē, & virtualiter negamus terminos ipsos quoad esse, secundum quod sunt connotati. Quia, qui negat expreſſe, & formaliter quodpiam habere esse coniunctum cum esse alterius, non eo ipso negat tacitē, & virtualiter hoc alterum habere esse, quandoquidem dumtaxat negat coniunctionem extremi connotantis cū connotato, quæ tam per defectum unius, quā per defectum alterius potest esse. Vide hæc duo conjectaria fuisus monstrata, & explicata, exemplisque illustrata *suprā dīp. 2. q. 4. conf. 5. citato.*

¹⁰⁶ Ex quibus, & ex præſente proportione, præter alia, quæ ibi intulimus, multa pro variis materiis ſicut digna, & necessaria ſequuntur breuiter inſerenda. Sit primum. Ex eo quod actus conueniat subiecto, & ei tribuat prout connotanti alios terminos, non ſequi ut conueniat pariter, & tribuat ipſis terminis, tamen ſi non poſſit non illos connotare, aut respicere. Sic materia prout habens tales diſpoſitiones vnitur formæ, cui nō vniuntur diſpoſitiones ipſæ eis ab vniōne ſupponantur, atque ita connotentur. Sic agens physice elicit actionem prout excitatum, ſeu motum aliquā præiuā motione physice, vel morali, quæ tamen motio actionem non elicit physice, eis per illa cōnotetur; & in ceteris pariter.

¹⁰⁷ Hinc ſecundū ſequitur ſapè esse verum amari,

Pharus Scient. Tom. I.

aut odio haberi quidpiam prout ſubiect aliquibus circumstantiis, ſive prout illas connotant, quin verum fit amari, aut odio haberi circumstantias ipſas; tametū nequeat non esse verum, eas connotari, atque adeo respici per auctum amoris vel odio.

Vnde ſequitur tertium veriſimum eſt à Deo odio haberi peccatum, tametū Deus nequitam oderit libertatem pertinentem intrinſecē ad conceptum realem peccati; pertinet enim ad illum in obliquo, & ex connotato, perindeque proptereā eft peccatum à Deo odio haberi, atque à Deo odio haberi actionem prouam prout, connotantem libertatem, ſive prout ſubiect illi.

Quād ſequitur ſapè eſt verum vnum extre-
mum connotare aliud, atque adeo cum illo eſt con-
iunctum, ſive ſimil cum illo habere eſſe, quin ambo
ſimil ſint, ſive habeant eſſe in eodem tertio, hoc
eſt, in eodem ſtatu, vel tempore, vel loco, vel ſubie-
cto &c. ſed in diuersis; eo quod alterum non uti-
que, ſed prout habens eſſe in uno tertio connotat
alterum prout habens eſſe in alio vnde rufus fit, ut
extremum connotans vte dicatur habere in eo ter-
tio, in quo habet eſſe, denominationem oriundam
ab extremo connotato, tametū hoc non habeat eſſe
ſimil cum illo in eodem tertio: quoniam habere
extremum connotans ibi talem denominationem,
ſive appellari, euadere, ſive eſſe ibi tale, vel tale
a coniortio extremi connotati, nihil eft aliud, quām
habere ibi illud ſuum eſſe prout connotans extremum
alterum, quatenus habens alibi ſuum, ſeu
quid in ideā recidit, nihil eft aliud, quām habere
illud ibi ſuum eſſe, habente extremo altero alibi ſuum.

Sic Scientia diuina de obiecto futuro ab aeterno dicitur eſſe vera, tametū denominatio verae intrinſecē claudat in ſuo conceptu reali, de connotato tamē, & in obliquo futurum obiectum: quia eſſe eam ab aeterno veram, aliud non eft, quām eam exiſtere ab aeterno, exituero eius obiecto in ſuā diffe-
rentia temporis. Sic etiam, & ob eamdem rationem
hodie vere eft propofitio de obiecto contingente
poterā futuro. Sic hodiē eft homo dignus penā à
peccato anteā commiſſo, tametū denominatio digni-
penā in ſuo conceptu reali obliquē includat ipsum
peccatum, quod hodiē iam non eft: quia eft homi-
nem hodiē dignū penā, re ipsā non eft aliud, quām
illud hodiē habere eſſe, cum anteā peccauerit. Sic ho-
diē dies hodiernus eft prior, quām crastinus, eft in
denominatione prioris de connotato inuolutus cras-
tinus dies, ob eamdem rationem. Sic hodiē eft Ma-
triti Petrus coniux Maria a contractu in alio tem-
pore, in alioque loco celebrato. Sic Ioannes eft Tole-
ti Episcopus hodiē ab electione ſuā facta Romæ
anno præterito. Pafimque similia exempla occur-
runt ſexcenta, ut cunctis notissimum eft.

Quam doctrinam ſatis profectō peritiam, & no-
tanū: quia quidam Reuentiores ex noſtris non benē
aduertunt extranco, nec parum ab omnium communis
opiniōne alieno philoſophandi modo haſce om-
nes denominations adiectuē, ſive effetiā per ac-
cidens extraneis coſtitutiis componere, ſollicitē ſa-
tagunt, & anxiē, veraque earū coſtitutiua obliqua
ab illis remouent contra extiſtationem communis.
Quo verum fit omnes earum partes intrinſicas
idem, ſive in eodem tertio eſſe, in quo illa de ſuīs
subiectis verificantur, quāli illæ compoſita eſſent ex
ſuīs partibus non adiectuē, & ut effentiā quedam
per accidens, ſed ſubstantiē, & ut effentiā quedam
per ſe, quarum eft proprium omnes omnino ſuas
partes ſecum in eodem tertio, vbi eſſe dicuntur,
ſemper habere, iuxta ſtatim dicenda.

Propositio 8.

¹¹² Vbiunque est aliqua res, ibidem esse eius essentiam necessaria est, & vice versa. Et undeunque deest aliqua res, inde deest essentiam eius necessaria est, & vice versa.

Dico *vbiunque* & *undeunque*, sumptis his vocabulis late pro quo quis tertio, in quo res, carumque essentia dicuntur esse, vel est status, tempus, locus, subiectum &c. Quo etiam pacto haec, & similia aduerbia deinceps plurimo compendij causâ: igitur *propositio* sic intellexit certissima est: quia cum res, & eius essentia sint propositus idem, iuxta definitiones statutae *suprà q. 1. & 2.* si alicubi esset aliqua res, & ibi non esset eius essentia, vel vice versa, ibi utique esset unus ipse res, & non esset contra *propositio*. 1. Et si alicunde deesset aliqua res, & inde non deesset eius essentia, vel vice versa, inquit utique simul deesset, & non deesset ipsa res, contra eandem propositionem primam. Est autem sermo in propositione de essentia vniuersique rei proportionata, de qua absolute verum est idem esse cum illa, nempe de essentia per se, si res sit ens per se, seu quidam substantia sumptus; & de essentia per accidens, si res sit ens per accidens, seu quidam sumptum adiectum, iuxta dicta in precedentibus.

Propositio 9.

¹¹³ Impossibile est aliquam essentiam compositam habere esse, quin omnes, & singulae partes eius habeant esse, & è conuerso: Impossibile est omnes, & singulas partes essentiae compositae habere esse, quin habeat esse essentia ipsa.

Hac *propositio* ex terminis ipsis est satis evidens quia prædicatum habendi esse, hinc essendi evidenter est de genere eorum, quae non possunt conuenire essentiae compositae, quin omnibus, & singulis partibus eius conueniant, & vice versa, iuxta dicta *propositio*. 6. sub finem. Sed declarari insuper potest, atque etiam demonstrari. Et primum quod primam partem: quia dum pars essentiae non habet esse, nihil aliud prater residuum ex pertinentibus intrinsecè ad talem essentiam potest habere esse, quandoquidem illa ex sola ea parte, quae non habet esse, ex talique residuo consideratur composita. At tale residuum non est essentia, cum sit ab ea distinctum ut quid inclusum ab includente, vt est notissimum: ergo dum pars essentiae non habet esse, nequit essentia habere esse. Fieri enim, vt dum pars essentiae non habet esse, nihil & simul aliquid ex pertinentibus intrinsecè ad talem essentiam haberet esse præter dictum residuum, contra *propositio*. 1. siquidem essentia & est aliquid distinctum à dicto residuo, & est aliquid ex pertinentiis intrinsecè ad fe. Concluditur ergo essentiam compositam neutram posse habere esse, dum aliqua pars eius esse non habet, atque adeò, quin habeant esse omnes, & singulae. Breuius aliter. Impossibile est, aliquid totum habere esse sine suis partibus. Ut per se sit notissimum. Ergo & aliquam essentiam compositam habere esse sine suis. Quæ erat prima pars ostendenda propositionis.

¹¹⁴ Secunda autem sic ostenditur: quia habentibus esse omnibus partibus essentia non potest quidam deficeret, seu non habere esse, nisi hoc ab omnibus illis, & singulis adæquate distinctum sit ut est notissimum. Si enim illius omnibus permanentibus, aliquid inadæquate saltem identificatum cum aliquâ carum deficeret hanc simul deficeret, & non

deficiet, contra *propositio*. 1. sed essentia non est quidam adæquate distinctum ab omnibus, & singulis suis partibus, ut constat ergo eis omnibus permanentibus, siue habentibus esse ipsam deficeret, siue non habere esse impossibile est.

Porrò hac *propositio* non solum in essentiâ per se compositâ, sed etiam in essentiâ per accidens locum habet. Quia licet haec alicubi possit habere esse, quin habeant ibidem esse omnes partes eius, iuxta dicta *propositio*. 7. & postmodum iterum dicenda *propositio*. 11. At absolute loquendo, ut loquimur in praesente propositione, nullatenus potest essentia per accidens habere esse, quin omnes itæ partes eius esse habeat, & vice versa. Quandoquidem etiam essentia per accidens in suo conceptu adæquato, atque, ad eo in suo esse omnium suarum partium esse complectitur, non quidem directè, ut essentia per se, sed partim directè, & partim de connotato, atque adeò ad suam obiectuum veritatem omnium etiâ suarum partium veritatem obiectuum explicat, ut planè constat ex dictis *propositio*. 7.

Propositio 10.

Impossibile est aliam essentiam per se compositionem alicubi habere esse, quin omnes, & singulae partes ibidem habeant esse, & vice versa.

Hac *propositio* præterquam quod etiam exterminis est evidens, eodem insuper modo venit demonstranda, ac præcedens, cuius proinde demonstratio facilè ei ab unoquoque applicari poterit, ne à nobis repetatur.

Itaque nequit essentia per se composita esse in aliquo statu, aut tempore, aut loco, aut subiecto &c, quin in eodem sint omnes, & singulae partes eius, & è conuerso: neque omnes, & singulae partes essentiae per se cōposita esse in aliquo statu, aut tempore, aut loco, aut subiecto &c, quin in eodem sit ipsa essentia.

Propositio 11.

¹¹⁵ Essentia per accidens bene potest habere esse, si ue esse alicubi, quin sint, siue habeant esse ibi omnes partes eius. Non tamen è conuerso.

Prior pars propositionis inde monstratur: quia essentia per accidens ibi cum veritate dicitur esse, vbi est ea pars, quam illa dicit directè, tamen non sint ibidem ceteræ partes, quas dicit de connotato, ut *propositio*. 7. ostenduntur est. Ergo bene potest essentia per accidens esse, siue habere esse alicubi, quin ibi sint, siue habeant esse omnes partes eius.

Secunda autem pars ostenditur: quia si omnes partes essentiae per accidens alicubi, siue in eodem tertio sunt, non potest nō esse ibi ea pars, quæ illa dicit directè, vt est notù sed vbi est ea pars, quæ dicit directè essentia per accidens, ibi esse ipsam essentiam necesse est, ut constat etiam ex dictis *propositio*. 7. Ergo nequit fieri, ut omnes partes essentiae per accidens alicubi, siue in eodem tertio sint, quin sit ibidem ipsa essentia.

Itaque bene potest cum veritate dici, passimque dicitur essentia per accidens esse in aliquo statu, aut tempore, aut loco, aut subiecto, &c. in quo non sunt omnes partes eius; oportet tamen illas esse in eo statu, aut tempore, aut loco, aut subiecto, in quo connotatur, prout multis exemplis est comprobatum dicta *propositio*. 7. Si vero omnes partes essentiae per accidens sunt in eodem statu, aut tempore, aut loco, aut subiecto, &c. planum est non posse ipsam essentiam non esse in eodem.

Propositio

Propositio 12.

¹²¹ Impossibile est aliquam essentiam deficere, siue non habere esse, quin vel ipsa tota, vel aliqua pars eius deficiat, siue non habeat esse.

Hæc propositio vniuersalissima est, in omniq; essentiâ locù habet, & demonstratur facile. Quoniam vel est essentia simplex, vel composita ex partibus. Si simplex, impossibile est eam deficere, quin tota ipsa deficiat, vt patet; alia deficeret simul, & non deficeret contra *prop. 1.* Si composita; aliqua saltem pars eius deficere debet, vt deficiat ipsa. Alioquin habentibus esse omnibus, & singulis partibus eius, atque adeo non deficiensibus, ipsa non haberet esse, atque adeo deficeret contra *prop. 9.*

Propositio 13.

¹²² Quoties aliqua pars essentiæ compositæ deficit, siue non habet esse, & ipsam essentiam deficere, siue non habere esse necesse est.

Est clarum: Quia si deficiente aliquâ parte essentiæ compositæ, essentia ipsa non deficeret, fieret, vt talis essentia composita haberet esse, quin omnes, & singulae partes eius haberent esse contra *prop. 9.*

¹²³ Quod si ad defectum vel vnius tantum partis essentiæ compositæ deficere ipsam essentiam, necesse est, potiori iure necesse erit, deficere ad defectum plurium, aut omnium, vt constat.

Propositio 14.

¹²⁴ Impossibile est aliquam essentiam per se compositam alicubi non habere esse, siue inde deficere, quin vel ipsa tota, vel aliqua pars eius ibidem non habeat esse, siue inde deficiat.

Quoniam alioquin habentibus ibi esse, atque adeo inde non deficiensibus omnibus, & singulis partibus essentiæ per se composita, ibidem non haberet esse, atque adeo inde deficeret essentia ipsa contra *prop. 10.*

Propositio 15.

¹²⁵ Quoties aliqua pars essentiæ per se compositæ alicubi non habet esse, atque adeo inde deficit, & ipsam essentiam ibidem non habere esse, indidemque deficere, necesse est.

Fieret enim ex opofito, vt aliqua essentia per se composita alicubi haberet esse, quin ibidem haberent esse omnes, & singulae partes eius, contra *prop. 10.*

¹²⁶ Vnde patet potiori iure necesse est, vt inde deficiat essentia per se composita, vnde deficiunt aut plures, aut omnes partes eius.

Propositio 16.

¹²⁷ Ut aliqua essentia per accidens cum veritate dicatur alicunde deficere, non est necesse, vt aliqua pars eius deficiat indidem.

Dummodo enim aliqua pars eius deficiat alicunde, inde vbi diceretur ea esse, dicetur deficere. Sic prop oſtio affirmans obiectum aliquod cras extitum, hodie non erit vera, hodieque proinde deficit veritas eius, ex eo præcisè, quod tale obiectum non sit cras extitum, quantumvis hodie nihil deficiat eorum, qua existerent hodie si illa esset vera. Recognoscet doctrinam traditam *prop. 7. 9. & 11.*

Pharus Scient. Tom. I.

Propositio 17.

Vnde cum deficiat aliqua pars essentiæ per ¹²⁸ accidens, necesse est ipsam essentiam absolute deficere.

Supponitur enim talem partem prout habentem esse ibi, vnde deficit, pertinere ad talem essentiam; atque ita in ordine ad illam componentiam absolute deficere, eo ipso, quod inde deficit, eti permaneat alibi. Constat autem ex *prop. 13.* quoties aliqua pars essentiæ compositæ deficit absolute loquendo, non posse non etiam deficere essentiam ipsam.

Propositio 18.

Quoties partes essentiæ per se compositæ in diuersis tertii habent esse, iuxta doctrinam statutam ¹²⁹ *prop. 5.* neque in eorum vlo, neque in illis omnibus, aut in aliquibus distributiue sumptis habet esse talis essentia sumpta indiuism. Habet tamen illa esse in omnibus per quamdam distributionem accommodam.

Prior pars propositionis inde monstratur: quia ex opposito fieret, vt essentia per se composita alicubi haberet esse, vbi omnes, & singulae partes eius esse non habent contra *prop. 10.* Posterior autem pars inde constat: quia habere esse talem essentiam in omnibus praedictis tertii per quamdam distributionem accommodam, nihil est aliud, quam partes eius ita esse distributas per talia tertia, vt singulae in singulis, siue unaquaque in suo diuerto a reliquis habeant esse.

Ex hac propositione sequitur primò eiusmodi essentiæ indiuism sumptam in nullo tertio, atque adeo nullibi habere esse, loquendo cum rigore quia nullum est tertium, in quo tota illa habeat esse. Absolute tamen loquendo alicubi dicitur esse, quatenus per sui distributionem accommodam in omnibus illius tertii est, in quibus sunt distributa omnes partes eius.

Secundò sequitur; quoties eiusmodi essentia deficit ad defectum alicuius partis sui, iuxta *prop. 13.* ita eam deficere, vt necvnde indiuism sumpta deficiat rigorè loquendo, tametsi alicunde deficit ea pars, ad cuius defectum illa deficit: quia, quod nullibi esset, si esset, necvnde deficit, si deficit, sub eodem rigore sermonis. Absolutè tamen loquendo alicunde dicitur deficere, quando deficit, nimis ab aggregato eorum tertiorum sumpto indiuism, in quo per distributionem accommodam suarum partium esset, si esset.

Propositio 19.

Id, quo præcisè deficiente, & ceteris omnibus per possibile, aut impossibile permanentibus, deficit quelibet essentia, aut est essentia ipsa, aut aliqua pars eius ipsam intrinsecè constituens.

Vt hanc propositionem demonstrem, pono id, ad cuius solus defectum essentia deficit, esse A. Et arguo sic primò. Impossibile est essentiam deficere, quin, vel ipsa tota, vel aliqua pars eius deficiat, iuxta *prop. 12.* Sed deficiente A præcisè, & ceteris omnibus per possibile, aut impossibile permanentibus, deficit essentia, vt supponimus: ergo A, vel est essentia ipsa, vel pars eius. Alioquin deficeret essentia, quin vel ipsa tota, vel pars eius deficeret, contra eandem *prop. 12.* Secundò

S 3 aliter.

Pharus Scientiarum

210

aliter. Si A non esset, vel essentia ipsa, vel pars eius (quo calu necessario esset A aliquid adaequatè distinctum ab ipsa essentia, vt constat) & nihilominus solo A deficiente, deficeret essentia, vt supponitur, fieret ut deficiente solo A, non deficeret forum. *A contra proposit. 1.* Siquidem deficiente solo A, deficeret infuper aliud ab ipso A adaequatè distinctum, nimirum ipsa essentia, quæ deficit, vt supponitur, deficiente A.

¹³³ Ex hac propositione sequitur primum demonstratio; falsam esse doctrinam illam, quam de connotatis appellant, quorundam Doctorum dicentium in denominationibus, quas nos semper extrinsecas per identitatem vocamus, iuxta dicta *disp. 8. q. 3. dim. 1.* formam denominantem adaequatè esse id estificatam cum subiecto; indigere tamen eam extrinseca aliqua conditione, vt ipsi suum præbeat effectu formalem, quin villomodo talis conditio ad talen effectum formalem, ad talen denominationem pertineat intrinsecè. e. g. entitatem A per relationem similitudinis sibi adaequatè identificatam reddi, seu denominari similiem entitati B, dummodo tamen existat ipsa entitas B, & non aliter, quin sit propterea entitas B aliquid intrinsecè pertinens ad talen denominationem, sed tantum conditio quadam merè extrinseca, extrinseceque requisita, vt ipsa denomination exsistat. Ita etiam dicunt decretem, quo Deus decrevit dare existentiam Antichristi futuro, & scientiam, qua illum futurum videt, adaequatè esse identificatam cum Deo, indigere tamen tanquam extrinseca conditione, quod sit Antichristus futurus ad hoc, vt denominet Deum discernēt, & cognoscēt fore Antichristum; pariterque passim in similibus philosophantur. Verum, quam sit falla hæc doctrina ex propositione demonstrata plane concordatur. Si enim sola entitate B deficiente, in exemplo priori, & ceteris cunctis permanentibus, deficit essentia denominationis, qua entitas A reddebaratur similis ipsi B, non potest non, iuxta dictam propositionem, entitas B intrinsecè pertinere ad talen essentiam, vt quædam pars intrinseca eius. Tantumdem dicendum venit in posteriori exemplo, & in quibusque aliis similibus.

¹³⁴ Secundò sequitur vniuersitatem, quoties quavis essentia indiget aliquo ad existendum, & non vt termino extrinseco aliquius connexionis, quam cum eo habeat, non posse non indigere illo, vt constitutio intrinseco sui: quia nequit tunc non esse verum, eo præcisè deficiente, talen essentiam defeturam. Est clarum: quia id quo essentia indiget ad existendum necessario debet esse aut constitutum, aut non constitutum essentia: iuxta *proposit. 1.* Sed non est non constitutum in calu, in quo loquuntur: quia esset terminus extrinsecus aliquius connexionis essentia, quem calu ipsi excludit. Igitur est constitutum; atque adeo eo præcisè deficiente, essentia deficeret. Vnde iterum redargui possunt connotatores commemorati: quia conditio illa, quam pro denominationibus semiintrinsecis extrinsecam ponunt, nullius connexionis eiusmodi denominationum est extrinsecus terminus; siquidem permanentibus ceteris omnibus, ipsa præcisè potest absolute deficere. Terminus autem extrinsecus connexionis absque defectu alterius entis à se distincti deficeret nequit, vt constat, constabitque amplius ex dicendis *disp. 1. 4.*

¹³⁵ Tertiò speciatim sequitur contra quosdam Thomistæ numero connotatorum: quia materia, & forma possunt existere, quin existat compositum, siue physicum, vt homo, siue morale, vt sacramentum,

non posse non in tali composito includi id, ex cuius solius defectu deficit illud, materia, & forma persistentibus; & ipsi extrinsecam tantum conditionem ad compositi existentiam appellant. Quod aliter sic demonstrari potest. Existentibus materia, & forma præcisè, existunt duo, & non existit compositum: ergo compositum aliquid amplius est intrinsecè, quam hæc duo. Sed, quod est intrinsecè plus, quam duo, vt minimum debet esse intrinsecè tria. Ergo compositum vt minimum est intrinsecè tria. Et consequenter, quod ad complendum ternarium defectu, & cuius solius defectu deficit compositum, nequit non esse unum ex constitutis intrinsecis ipsius compositi. Deinde aliter demonstratur id ipsum. Compositum seu physicum, seu morale nihil aliud claudit intrinsecè præter materię, & formam, iuxta aduersarios: ergo aggregatum coalescens ex solis materia, & forma idem est acque aggregatum omnium partium intrinsecè constituentium compositum. Est clarum: ergo quacunque alia deficiant, impossibile est deficerre existentiam compositi, existentibus materia, & forma, prout Adversarij ipsi prætendentur. Nam vbiunque est aggregatum omnium partium, ex quibus quavis essentia composita est, ibi sit ipsa essentia necesse est iuxta *proposit. 10.* Hicce duabus arguendi formis venit etiam propositione data vniuersaliter demonstranda pro casibus, in quibus essentia, de qua in illa est sermo, ex partibus composita sit.

Ex quibus patet contra Doctores commemoratos intentionem ministri intrinsecè ad essentiam sacramenti spectare: quia ea sola deficiente, non est sacramentum, & aliquod genus uniuersitatis a materia, & forma distinctum ad existentiam compositi physici: quia existentibus materia, & forma homini absque omni unione ab illis distincta, non existit homo. Patet similiter contra Scoristas confessionem penitentis, doloremq; eius de peccatis ad sacramentum Penitentiae intrinsecè spectare: quia deficiente confessione, aut dolore, & ceteris omnibus existentibus, tale sacramentum non existit. Pariterque in similibus philosophandum est.

Propositio 20.

Contradictorium eius, ad cuius solius positionem essentia deficit, aut est essentia ipsa, aut pars eius.

Quia deficerre existentiam ad illius solius positionem, & deficerre ad defectum solius contradictoriū eius, idem omnino est, cum idem prorsus sit ipsum ponit, & eius contradictorium deficeret, iuxta *proposit. 2.* Sed id, ad cuius solius defectum essentia deficit, aut est essentia ipsa, aut pars eius, iuxta *proposit. 19.* Ergo contradictorium eius, ad cuius solius positionem essentia deficit, aut est essentia ipsa, aut pars eius.

Propositio 21.

Quidquid habet esse, quale est omne ens, aut à se ipso, aut ab alio habeat necesse est. Habens autem esse ab alio aliter, quam vt à causa efficiente, perque effectiōne sui habere non potest. Ob id enim quidpiam de non esse ad esse trahit aliter, quam per sui effectiōne impossibile est: vt ex se euidentissimè patet. Dicitur autem causa efficiens principium influens esse

Disp. IX. De ente, essent exist. &c. Quæst. V. 211

esse in effectum, sive illi per affectionem dans *esse*. *Essere vero*, quod omne ens habere dicitur, aliud est essentiale, à quo vnumquodque dicitur esse id, quod de suo, sive ex conceptu suo obiectuo est; aliud existentiale, à quo vnumquodque dicitur esse, existente in natura rerum. Quorum primum omnibus entibus etiam non existentibus conuenit in statu rerum quiditatiuo, sive obiectuo; secundum solis existentibus in statu rerum existentiali. Et quidem *esse* existentiali nullus ens habet à se prætervnu Deum optimum maximum, sed cuncta illud habent acceptum ab aliquo causâ efficiente, secundum fidem. *Essere vero* essentiale quodammodo dicuntur habere à se, sive de suo cuncta entia intra statum quiditatiuum, seu obiectuum, qui ab existentiis eorum præscindit, prout *infra disp.* 10. explicabimus.

¹³⁹ Porro idem ens habere *esse* à se, & simul ab alio impossibile est: quia illud ens dicitur habere *esse* à se, quod non habet tale *esse* acceptum ab alio. Illud vero dicitur habere *esse* ab alio, quod tale *esse* habet ab alio acceptum. Habere autem idem ens aliquod *esse* simul acceptum, & non acceptum ab alio, planè est impossibile, iuxta *proposit.* 1. Ex quibus patet primum idem ens quod idem sui *esse* nullatenus posse *esse* simul ens à se, & ens ab alio. Secundum patet omne ens à se, quia tale *esse* ens non factum: quia omne ens à se, quia tale *esse* habet non acceptum ab alio, omne autem ens factum, quia tale *esse* habet acceptum ab efficiente, siquidem efficiente quidpiam illi dat *esse* per affectionem, ut constat ex dictis. Tertius patet omne ens ab alio, quia tale, ab eo *esse* factum, à quo est, quia ab eo habet *esse* acceptum; aliter autem, quia per affectionem habere non potest, ut staminius.

¹⁴⁰ Hac *propositio* cum sua explicatione, aliaque nonnullae ex sequentibus ex parte saltem pertinent ad alias materias; oportet tamen eas per modum quorundam lemmatum hinc assumere pro aliis ex eis in sequentibus demonstrandis.

Propositio 22.

¹⁴¹ Aliquod ens se ipsum facere, sibiue ipsi per affectionem dare *esse* impossibile est.

Hoc est principium ex terminis ipsis satis evidens, ampliusque declaratur. Primum: quia cum *esse* in eo, quod facit suā naturā præsupponatur ad facere, in eo autem, quod sit, postponatur, ut satis istidem ex terminis notum est; si aliquid faceret se ipsum, id quidem prius esset, quam esset, quia est contradic̄tio in ipsis terminis. Secundum: quia si quid per affectionem daret sibi *esse*, prius daret, quam haberet, quod dabat; & ita daret, quod non habebat, quod pariter est implicitorum.

Propositio 23.

¹⁴² Integrum aggregatum entium ab aliquo constitutiu suū fieri, aut ipsum facere impossibile etiam est.

Quia si integrum aggregatum entium ab aliquo parte constitutiū suū fieret, aut ipsam faceret, talis pars à se ipsā fieret, & se ipsam faceret contra *proposit.* 22. esset enim causa effectiva partialis sui, ut constat. De hoc tamen plura *infra* explicatiū.

Propositio 24.

¹⁴³ Principium effectuum, seu productuum, & id,

quod ab illo fit, seu producitur, realiter inter se distingui necesse est.

Si enim possent esse idemdem possit esse principium effectuum, seu productuum suisque adeo idem à se ipso fieri possit, seu produci contraproposit. 22.

Propositio 25.

Quidquid existit, aut semper extitit, aut aliquando cœpit existere.

Hac *propositio* ex terminis est satis evidens: quia existere aliquid, & neque semper extitisse, neque vñquam cœpisse existere euidenter est impossibile. Etenim omne existens in aliquo tempore existere sive finito, sive infinito necesse est. Repugnat enim quidpiam existere, & nunquam, sive in nullo tempore, sive extra omne tempus existere: quia nihil est extra existentialiter, cum tempus, quod imaginarium appellant, necessariò complectatur suā amplitudine omnia existentia, ut lumine naturæ est notum. Vel ergo id, quod existit, existit in tempore finito, vel in tempore infinito à parte ante: si in infinito semper existit in finito, aliquando cœpit existere, ut est notissimum. Igitur quidquid existit, aut semper extitit, aut aliquando cœpit existere, ut *propositio* nostra fert.

Sed demonstremus eam insuper, ut firmior evadat, suppositis duobus principiis, altero certo secundum fidem; altero & fide etiam certo, & lumine naturæ noto. Primum est. Deum tunclo suæ aeternitatis necessariò existere in omni tempore. Secundum est. Deum ceteris omnibus existentibus necessariò coexistere: tum quia aeternus, tum quia datus illis existentiam per affectionem. Nullum enim efficiente posse operari quidpiam extra tempus, in quo est existens, euidenter est notum, iuxta dicenda *infra proposit.* 30. Ex quibus sic *propositio* ostenditur. Id, quod existit, aut est ipse Deus, & sic semper extitit, ut constat; aut est quid factum à Deo, & sic nequit non coexistere Deo, id est, simul cum Deo existere in eodem tempore. Vel ergo talis tempus est infinitum à parte ante, & sic semper extitit, vel finito, & sic aliquando cœpit existere. Quod erat ostendendum.

Propositio 26.

Quidquid denuo incepit existere, ab alio fiat ne-¹⁴⁶ cessit est.

Quia, quod modò incipit existere, cum anteā non existisset, modò incipit habere *esse* existentiale, quod non habebat, modò que subinde accipit *esse*; quo anteā carebat; accipere autem *esse* existentiale, & fieri, idem omnino est, cum sit compertum non posse quidpiam transfire de non *esse* ad *esse*, nisi per aliquod genus affectionis, qua fiat, iuxta *proposit.* 21. At idem à se ipso fieri impossibile est, iuxta *proposit.* 22. Ergo, quod denuo incipit *esse*, ab alio fiat necesse est.

Propositio 27.

Quod semper, & ad aeterno extitit, nec vñquam incepit existere, ab alio quopiam factum esse necesse non est.

Quia *esse*, quo nunquam caruit, de suo, & per existentiam potuit habere, quin illud per sui affectionem acciperet; neque proinde non est ab alio quopiam factum esse. Hoc autem pacto solus Deus

Pharus Scientiarum

212

optimus maximus semper, & ab aeterno fuit, iuxta fidem.

148 Si quid tamen aliud ita semper, & ab aeterno existisset, nec unquam incepisset in tempore, ut esse existentiale per sui effectiōem haberet acceptum; id certe non posset non ab alio quopiam esse factum, cūm sit vniuersē impossibile aliiquid a se ipso fieri, iuxta *proposit.* 22.

Proposito 28.

149 Omne existens non factum ab alio, a seque proinde habens existere, iuxta *proposit.* 21. semper, atque adeo ab aeterno existisse necesse est.

Quoniam si non existisset semper, cœpisset aliquando existere, iuxta *proposit.* 25. si autem cœpisset aliquando existere, ab alio esset factum, iuxta *proposit.* 26. & simul, uti supponitur, non esset factum ab alio, contra *proposit.* 1.

Proposito 29.

150 Quod aliqua duo, vel plura se mutuā efficiant, sive producant physica secundum idem sui esse impossibile est.

Hæc propositiō principium est etiam satis evidens, & receptum ab omnibus, ex alii que iam statutis facile lequitur. Etenim si A primò efficeret B, a quo vicissim primò fieret, A certè seipsum efficeret saltem mediate. Tum A daret esse B, antequam haberet esse ab illo; atque adeo daret; quod non habebat. Efficeret etiam A, & simul non esset prius natura suā, quam B, & è conuerso: quia A prius esset, quam B, & simul posterius in eadem serie, & secundum idem, quia manifestè sunt opposita. Vnde etiam fieret vt A, prius esset se ipso quod primum sui esse, atque ita prius esset, quam esset. Aggregatum denique ex A, & B, seipsum primò transferre posset de non esse ad esse, atque ita sibi ipsi dare esse, quod non haberet, sive antequam haberet, denuoque subinde posset incipere existere, quin fieret ab alio quopiam. Quæ omnia contra *proposit.* 22. & 26. sunt & manifestè impossibilia.

151 Quod autem dicimus de repugnantia mutua effectiōis, seu productionis physica secundum primum, & idem factorum esse, vniuersaliter est verum, sive ea sit immediata, vt in exemplo propoſito de A, & B, sive sit mediata, sive remota, vt si fingamus A producere B, & B producere C, & C producere D, & D producere ipsum A. Quippe eadem absurdā, eademque repugnantiæ cernuntur in mutua effectiōne mediata, atque in immediata, inquit apertius in illa apparent. Plus enim videtur repugnare, quod nascantur ex A tria entia B, C, D, propoſito ordine, antequam A accipiat primum esse a D; quam, quod nascatur solum B, & consequenter, quod A tantò antequam habeat, det, quod non habet ipsi B, & quod cùm sit tantò ante priusquam D, si nihilominus posterioris ipso D, &c. Itaque sive sit mediata, sive immediata, repugnat prorsus effectiō mutua plurium entium secundum idem sui esse.

152 Quod addo: quia mutua plurium entium causalitas secundum diuerſas existentiās eorum, ita ut vnumquodque secundum alteram existentiām caſeret, & secundum alteram diuerſam caſeretur, non est vnde repugne: quia diuerſe eiusdem entis existentiāe, diuerſis, quod ab rem attinet, & quia ualeat entibus. Propterā mutua causalitas intentionalis, aut par-

tim intentionalis, & partim physica non repugnat, vt in fine, & mediis cernere licet; finis enim prout apprehensus, & amatus est caſa mediorum, a quibus vicissim caſatur. Quilibet etiam duo, vel plura entia prout apprehensa possunt se mutuo caſare quod existentiā physicam: quia nimurum, quod intentionaliter caſat, non influit secundum existentiā physicam in id, à quo talē existentiā accipit, sed secundum existantiam obiectuā, quam non accipit ab illo. Similiter non repugnat mutua causalitas physica plurium entium secundum existentiās physicas eatenus inter se diuerſas, quantumdi diuerſis temporibus correspondentes sunt. Si enim ignis A primò producat ignem B, intereatque ignis A, permanente B, nihil vetat, quod ignis A ab igne B reproduci posſit, accipereque subinde secundum esse ab eodem, cui communicauit prius. Pariterque supposito, quod omnia, quæ sunt, indigent caſa conseruante, & perleuent, si ignis A conseruatus ab alio quopiam primò producat ignem B, bene poterit ignis B postmodum conseruatus ab alio conseruare ignem A, tametī pro cādem temporis mensurā mutuo nequeant se conseruare, sicut neque primò producere.

Proposito 30.

Ens non existens, dum non existit, alteri enti dare existentiā, sive illud facere impossibile est.

Hæc propositiō cunctis est euidentes, omninoque certa ex ipsi terminis; & confirmari potest primò: quia in omni ente prius est esse, quam operari: ergo impossibile est quipiam operari, dum non est. Secundò: quia nullum ens potest dare alteri, quod in se nullomodo habet. Sed ens non existens nec formaliter, nec eminenter habet in se existentiā alterius: quia dum non existit, nihil prorsus existentialiter habet in se: ergo ens non existens alteri enti existentiā dare non potest. Tertiò quia si ens non existens alteri posset dare existentiā per effectiōem, nihil vetaret, quominus duo entia mutuo se posset efficiere secundum idem esse contrā *proposit.* 29. Inde idem se ipsum posset facere quod primum esse, contra *proposit.* 22. Siquidem repugnantiā horum duorum inde tandem dicit originem, quod esse ad facere necessariō præluppenendum est, vt cuique perpendunt paret.

Ex hæc propositione constat causam efficientem, & eius effectū in cādem temporis mensurā debere necessariō coexistere, nec esse possibile vt effectus accipiat existere in aliquo tempore à causa non existente in eodem, quantumvis ea existat in alio antecedente, vel subsequente, vt lupa etiam obiter est statutum *proposit.* 25.

Cum quo stat posse esse aliiquid requisitum, vt sit caſa efficiens proximè potens ad producendum physicē effectū, & consequenter conducens per modum conditionis, aut aliter, vt talis caſa tali effectui det existentiā physicam, quin sit existens in cādem temporis mensurā, in quo coexistunt caſa, & effectus: eo quod non prout existens in cādem temporis mensurā, sed aliter est requisitum, conduceatque ad eiusmodi munera. Sic possibilitas intrinſeca effectus, quæ ab eius existentiā præscindit ad dicta munera est requisita, conducensque, vt ex dictis disput. 8. quæf. 5. *proposit.* 5. *conflat.* Sic veritas conditionata de existentiā termini connexiōis effectus sub conditione ipsius effectus, iuxta dicta in cādem quæf. 5. *proposit.* 7. E. g. vt intellectus humanus sit proximè potens in hoc instanti ad eliciendum aetum fidei

fidei diuinæ de existentiâ futurâ Anti-Christi , & consequenter ut illum eliciat de facto, duo sunt requisita. Primum, quod talis actus fidei ex suo conceptu sit possibilis, siue nullam secum ferens contradictionem. Secundum, quod sit verum saltem sub conditione ipsius actus Anti-Christum esse futurum in sua temporis mensurâ. Absque quoquis enim horum duorum non esset potens intellectus humanus elicere talen actum fidei in hoc instanti, cum tamen neutrum eorum sit quidpiam in eodem instanti existens. Quæ etiam duo pariter fuerunt requisita, atque adeo conducentia ut Deus esset proxime potens ad reuelandum, vtque reuelaret de facto fore Anti-Christum. Similiter bonitas finis cras producendi, quid requisitum est, & conducens, ut Deus hodie, vel homo producat medium ad obtinendum cras tamen finem & tanien talis bonitas hodie existens non est: si enim finis de suo bonus non esset, Deus, vel homo non iudicaret esse eum tamē; proindeque nec per iudicium de bonitate eius ad ipsum desiderandum, & procurandum moueretur.

¹⁵⁶ Præterea. Ut Deus, vel homo sit hodie proximè potens punire delictum, quid requisitum est, & conducens ipsum delictum præexistit; quod tamen hodie iam existens non est. Et vniuersæ terminus connexionis cuiuslibet constitutiu potencia proxima causæ ad effectum, quid requisitum est, & conducens ut existat talis potentia proxima, & consequenter ut existat effectus; & nihilominus talis terminus sepe non est quid existens pro tempore, quo effectus producitur, ut cernere est, quando per actum fidei diuinæ de obiecto futuro, aut præterito, aut purè possibili connexum cum obiecto ipso fit proximè potens voluntas ad eliciendum actum amoris, timoris, aut spei, in aliisque huiusmodi casibus. Denique vt mobile producat presentiam sui nunc in hoc spatio, requisitum est, & conducens, quod fuerit illud praefens tempore immediate antecedente in spacio huic immediato, que tamen praesentia præterita iam non existit nūc. Itaq; posse esse aliquid requisitum, atque adeo conducens per modum conditionis, aut alterius, ut causa det existentiam effectui, quin sit coexistentia causæ, & effectui, quando est requisitum, & conducens secundum aliquod sui esse diutissim à coexistentiali cum causâ, & effectu; dubitandum non est. Tamen si causa efficiens effectum, atque ita illi dans existentiam necessariò debeat esse coexistentia illi in eadem mensurâ temporis, in quo effectit ipsum, ut propositio data postulat.

Propositio 31.

¹⁵⁷ Omne ens existens ab alio aliquâ causâ effectiuâ sui indiger ad sui existentiam prout sibi coexistente. Quia nullum ens existens ab alio potest existere aliter, quam per sui effectiōnem, iuxta proposit. 21. Per sui autem effectiōnem non potest ens aliquod sibi ipsi dare existentiam, sed illam ab alio necessariò debet accipere, iuxta proposit. 22. At ab alio non coexistenti sibi nequit accipere, iuxta proposit. 29. Ergo omne ens existens ab alio ad sui existentiam aliquâ causâ effectiuâ indiger, prout sibi co-existente.

Propositio 32.

¹⁵⁸ Nullum ens non existens ad non existendū indiger causâ effectiuâ sui non existere, siue suæ negationis.

Hæc propositio satis superque videtur euidentis & ferè ab omnibus, ni fallor ut talis recipietur. Quid id eam inter euidentes enumero, tametsi nequeat non dissidere à singularissimâ illâ opinione vnius, aut alterius Recentioris ponentis negationes enatium formaliter in impedimentis politiis eorum, de quâ nobis actum est *suprà quæst. 3.* Probari autem potest primò: quia ex hypothesi, quod deficeret omnis causa effectiuâ per locum intrinsecum, sequitur fore, ut omne ens non existens necessariò non existeret ab illo causa effectiuâ. Tantum abest, ut illâ indigat ad non existendum.

Secundò: quia ut ens aliquod existentiam non habeat, vtque subinde vniuersitas existentium non habeat illud, non opus est, quod quidpiam detur aut ipsi enti, aut vniuersati existentium, sed potius, quod non detur, ut patet. Ad non dandum autem non est opus datore, cum potius ibi non datio certior sit, vbi nullus dator existit: ergo ut ens aliquod existentiam non habeat, non opus est causa effectiuâ, qua munus datoris exerceat comparatio-ne effectus. Similiter, ut aliquod ens non existat in rerum naturâ non opus est, quod quidpiam existens in rerum naturâ ponatur, sed potius, quod non ponatur, seu quod ponatur nihil, ut abunde ostendit *suprà quæst. 3.* ad nihil autem ponendum nullo ponente opus est, ut constat. Ergo. Similiter, ut aliquod ens non existat, non opus est, quod fiat quidpiam, sed potius, quod non fiat. Vbi autem nullo opus est facto, neque opus est vlo fac-tore, siue efficiente, ut constat: ergo.

Tertiò respectu non existentiæ, seu negationis entis, nulla causa effectuâ est possibilis: quia impossibile est causam efficiere, & nihil efficiere: non existentia autem, seu negatio entis prorsus est nihil, ut *quæst. 3.* citata monstracum est: ergo respectu non existentiæ, seu negationis entis nulla effectio necessaria esse potest, cum certum sit necessarium esse non posse, quod est impossibile, sublata autem necessitate effectiōnis respectu non existentiæ, seu negationis entis, & quod è medio tollatur respectu eiudem necessitatis causæ effectiuâ necesse est, ut constat.

Quartò. Nullum ens distinctum à Deo indiget ad suam non existentiam causâ effectiuâ creata, si quidem ab illo omni causa effectiuâ creata vere non existit ab aeterno omne ens distinctum à Deo, ut fide fæsiūm est: sed neque indiget causa effectiuâ increata, nimirum ipso Deo prout efficiens: ergo absolute nullum ens distinctum à Deo indiget ad suam non existentiam causâ effectiuâ. Cætera constant. Minor ostenditur ab absurdo: quia si Deus ab aeterno aliquam exercuit effectiōnem circa non existentiam, seu negationem omnium aliorum entium, cum effectio suopte conceperit ab illo termino per ipsam facta stare non possit, ut est notum, sequeretur tot Deum ab aeterno fecisse effectus, quo fuerunt ab aeterno negationes aliorum omnium entium. Quod tamen contra fidem est, iuxta quam nihil Deus ab aeterno fecit vere, & realiter, sed cuncta in tempore.

Ex his concluditur nullum ens, quoad suam non existentiam, & consequenter nullam entis negationem, quoad suam obiectuam veritatem (qua à nobis tanquam quid positivè existens concipiatur, cum nihil prorsus tale sit, iuxta dicta *quæst. 3.*) aut aliqua effectiuâ causa indigere, aut ab aliqua causa effectiuâ posse effectiuâ dependere. Cum quo stat negationes entium possibilium, quoad suam obiectuam veritatem, atque adeo quoad existentiam, quam nos

nos illis, iuxta dicta loco citato, per quandam æquivalentiam tribuimus, à causâ permisiva sui dependere posse. Dico autem causam permisivam eam, qua cum possit tales negationes impedit per positionem entium illis oppositorum non impedit. Quo pacto Deus ab æterno fuit causa permisiva negationum omnium entium possibilium, quatenus eas non impediuit, cum posset per effectiōnēm ipsorum entium. Quid tamen non faciendo quidpiam, sed potius nihil faciendo cum posset, libidineque libere præficit.

¹⁶³ Ceterum, quia causa libera affectu efficaci potest autelle, quod existat negatio, aut nolle, quod existat ens illi oppositum, que duo æquivalentia sunt; scire opus est in tali calu euimodi causam non tam permisiviū, quam positivū dici in talem negationem influere loquendo moraliter. Quocirca duplē ad rem permissionem oportet distinguere, physicam vnam, moralē alteram. Permissio physica interuenit, quando causa eatus solum influit in id, quod dicitur permittere, quatenus illud non impedit, cum posset per positionem oppositi ultra quod permisso moralis expoſit, ut causa non velit directe, & efficaciter, ut illud sit, quā ratione est. Dun enim vult directe, & efficaciter ut sit illud, non tam permisiviū, quam positivū ceterum in illud influere, loquendo moraliter, tamēt non det illi existentiam, eo quod illud accipiendi ab alio existentiam incapax est. Igitur, quod statuimus est negationes entium aliter quam per sui physicam permissionem à causa dependere non posse. Tamēt permisio earum physica, interdum sit etiam moralis; interdum non item, iuxta dicta. Quo casu per sui moralē positionem non quidem effectiū, sed effectiū dicuntur à causa dependere.

¹⁶⁴ Quod si negationum entium nulla causa effectiū datur, autabilis est; nec dabitur causa materialis, seu receptiva: quia causa materialis non aliter causat effectū, quam recipiendo illum ab efficiente, huiusque actionem fustentando. De causa autem formalis positiva certum est nullatenus dari respectu negationum: quia nulla negatio est quid compositum ex positiva forma, vt constat. Causam autem finalē eatus solum potest habere negatio, quatenus causa influens in illam, aut purè permisiviū, aut physice permisiviū, & moraliter positivū, prout explicuimus, ex aliquo fine id praefare potest. Tunc enim talis finis quodammodo etiam dicetur concurrere ad existentiam negationis.

¹⁶⁵ Vnde tandem consequitur, quando negatio, nec permisiviū quidem dependet ab aliquo ente, eo quod nullum ens est potens ad impediendam illam per positionem oppositi, vt eni negationibus ethymarum impossibilium, tunc illam nullam omnino habere causam sui.

Propositio 33.

¹⁶⁶ Quoties pars essentiæ compositæ sine alio quopiam esse non potest, & ipsa essentia sine codem esse non potest.

Demonstratur facilē: quia essentia composita non potest esse sine sua parte, iuxta *proposit. 9.* Ergo de primo ad ultimum nec poterit esse sine eo, sine quo sua pars esse non potest. Vel aliter. Si essentia composita potest esse sine eo, sine quo pars sua esse nequit: ponamus esse, fierique ut pars inclusa in tali essentia, atque adeò simil habens esse cum illa sine eo sit, sine quo non potest esse, quod est impossibile. Conuenient namque actus subiecto non habent

potentiam ad ipsum actum contra *proposit. 3.* statutam *disputatione 8. qnest. 4.*

Ex hac propositione constat: quoties pars essentiæ compositæ non potest sine alio quopiam existere, nec posse sine codem existere essentia ipsam.

Propositio 34.

Quoties pars essentiæ composita sine aliqua causa effectiva sui non potest existere, neque essentia ipsa potest existere sine eadem, Idque tanquam sine causa pariter sui effectiva.

Prior pars propositionis constat ex præcedente. Neque vila eget demonstratione. Posterior autem inde monstratur, quia omnis causa effectiva pars partem ex qua, suppositis reliquis, resultat totum, eo ipso dicatur facere totum. Sic enim homo dicitur producere hominem, eti productus solam vniōnem, ex quā supposita materia, & anima resultat homo. Sic artifex dicitur facere statuam, licet non faciat materiam eius, quia facit aliquid, ex quo, suppositis reliquis, resultat statua. Sic homo facit peccatum, quia ponit aliquid, ex quo, suppositis reliquis fundamentis ab ipso non factis, resultat peccatum. Et in ceteris, quæ valde sunt obvia similiter.

Ex hac propositione constat. Quoties pars essentiæ compositæ aliqua causa effectiva sui eget ad existendum, eadem causa effectiva sui egere ad existendum essentiam ipsam. Idem namque est posse quidpiam existere sine causa effectiva sui, & illa ad existendum egere, ut est notum.

Propositio 35.

Quoties pars essentiæ composita facta est, & ipsam ¹⁷⁰ existentiam ratione talis partis factam esse necesse est.

Hac propositione adeò est ex præcedente manifesta, ut nullā eget demonstratione.

Propositio 36.

Quoties omnes, & singulæ partes essentiæ compotitae causa sui effectiva eagent ad existendum, non potest non essentia ipsa eadem causa effectiva sui egere ad existendum.

Hæc propositione ex *proposit. 34.* sequitur manifeste. Si enim essentia composita nequit non indigere ad existendum eadem causa effectiva sui, qua indiget ad existendum pars aliqua eius, ut ibi demonstratum est; potiore iure nequibit indigere ad existendum eadem causa effectiva sui, qua indiget ad existendum omnes, & singulæ partes eius: ut est notissimum.

Ex hac propositione constat; quoties omnes, & singulæ partes essentiæ compotitae sunt facta; & ipsam existentiam esse factam necesse est.

Hæc sequitur ex *35.* Si enim essentia composita nequit non esse facta, quoties vel una pars eius est facta: Potiori iure nequibit non esse facta, quoties omnes, & singulæ partes eius sunt facta. Ut est notissimum.

Propositio 37.

Quoties omnes, & singulæ partes essentiæ compotitae sunt facta; & ipsam existentiam esse factam necesse est.

Hæc sequitur ex *35.* Si enim essentia composita nequit non esse facta, quoties vel una pars eius est facta: Potiori iure nequibit non esse facta, quoties omnes, & singulæ partes eius sunt facta. Ut est notissimum.

Disp. IX. De ente, essent, exist. &c. Quæst. V. 215

Propositio 38.

174 Essentia composita, cuius non omnes partes sunt factæ intra se ipsam habere potest caulam sui effectuum, quin egeat vlla causa effectua existente extra se.

Pars enim non facta factarum, atque adeo essentia ratione illarum poterit causa effectua esse, quin alii opus sit existente extra essentiam ipsam. Ita enim essentia aggregati coalescentis ex Deo, & creaturis ab ipso Deo, qui pars est eius, vnicce facta est, quatenus ex creaturis à solo Deo factis, supposito ipso Deo à nulla alia causa facto, talis essentia resulauit. Quæ omnia ex se, & ex præcedentibus satis superque nota sunt.

Propositio 39.

175 Essentia composita, cuius omnes partes sunt factæ, neutiquam potest intra se ipsam habere causam sui effectuum, quin egeat aliqua causa effectua extra se ipsam existente.

Est clarum. Quia posito, quod omnes partes essentia compositæ sunt factæ, & con sequenter, quod ipsa essentia etiam est facta, iuxta prop. 37. Si nullam ea causam sui effectuum extra se habeat, sed pro rursus sit facta à causa existente intra se, sequitur planè huiusmodi causam intinsec componentem essentiam, eatenimque facientem ipsam essentiam, quatenus facit residuum, cum quo illam componit, aut esse factam à se ipsa, aut à residuo, quod ipsa facit. Quod verumque repugnat, vt constat ex prop. 22. & 29. suprà statutis.

176 Distinctius. Si omnes partes essentia compositæ sunt factæ à causa existente non extra, sed intra essentiam ipsam, & ipsa essentia ab eadem causa erit facta, iuxta prop. 36. & 37. Tum sic Causa efficiens omnes partes, & ratione illarum essentiam, aut est aliqua tantum pars, aut aliqua, aut omnes: Si aliqua tantum; ea faciendo omnes se ipsam faciat necesse est, vt constat. Si aliqua, aut omnes, vel illa similiter facient se ipsas, vel mutuo, vici similiusque se facient. Quod verumque est impossibile, vt dictum est. Alter enim huiusmodi effectio non potest per agi, vt est notissimum.

Ex hac propositione inferemus suo loco progressum infinitum cauarum, quarum vna sit facta ab alia, & haec ab alia, & ita deinceps absque vlla, que sit omnium prima, omnino impossibile esse: quia essentia aggregati omnium eiusmodi cauarum quedam essentia est composita, & facta, cuius omnes partes sunt factæ, non habens extra se causam sui, sed pro rursus intra se. Quæ essentia propterea non potest non esse chymærica, iuxta præsentem propositionem.

178 Deinde inferemus item suo loco progressum infinitum generationum, vt modo eveniunt; ita vt hoc genitum ab hoc generante nascatur, & hoc ab illo, & illud ab alio, & ita deinceps; quin detur vlla generans, quod sit primum, etiam impossibile esse. Tametsi Deus ad omnes huiusmodi generationes vt causa vniuersalis dicatur concurrere, & esse extra cumulum huiuscmodi generatorum, & generantium: quia etiam vt sic talis cumulus cauam factuam sui partiale habebit intra se, eamque actione generativa factam ab aliquo existente intra ipsum cumulum; que proinde causa actione generativa aut à se ipsa, aut ab aliquo à se genito facta erit; quorum verumque est impossibile, vt di-

ctum est. An autem Arist. huiusc generis an alterius seriem generationum à parte ante aeternam concesserit, ibidem decernemus.

Propositio 40.

Subiectum necessitatum ad actum negativum 179 nulla ratione influit in existentiam eius.

Non enim influit in existentiam eius vt causa effectiva: quia negatio, qualis est actus negativus nec habet, nec habere potest causam sui effectuum iuxta prop. 32. Neque influit in existentiam eius vt causa permisiva: quia tunc solùm est subiectum causa permisiva sui actus, quando illum non impedit, cum possit per positionem actus contradictorij. Subiectum autem necessitatum ad actum negativum eo ipso est impotens ad ponendum contradictorium eius. Neque influit in existentiam eius vt causa materialis, seu receptiva: quia, quod est incapax causæ effectivæ, & materialis, seu receptivæ incapax est, vt constat ex dictis in ea prop. 32. sub finem. Nec influit in existentiam eius, vt causa formalis, vt etiam constat ex dictis ibi. Vt causa autem finalis influere nequit prout existens, quo pacto de illo sermo est: quia finis non prout existens, sed prout intentus influit in id, in quod ex illius intentione influit intendens aut effectivæ, aut permisiviæ. Concluditur ergo, subiectum necessitatum ad actum negativum nulla ratione influere in existentiam eius. Quod erat ostendendum.

Id, quod etiam aperte constat ex omnium communi estimatione. Nemo enim hactenus attribuit existentiæ actus negativi subiecto necessitato ad illum, vt principio influenti in eam aliquomodo. Ob id etsi ego verissime dicor modo non producere Angelum, aut alterum mundum, aut chymaram, atque adeo carere productione à me oriunda Angeli, aut alterius mundi, aut chymaræ; nullatenus tamen dicor esse causâ talis carentiæ, siue vt existat talis carentia, vt diceret sane, si ita non produce rem Angelum, aut alterum mundum, aut chymaram, vt possem producere. Eo enim causa præmissa esse talis non productionis, siue carentiæ productionis.

Ex hac propositione sequitur subiectum necessitatum ad actum negativum, quatenus tale nullum genus prioritatis habere comparatione illius, præterquam dignitatis, seu perfectionis entitatiæ. Quia tale subiectum tali actu non est prius prioritate causæ, aut positivæ influenti, aut permisiviæ, iuxta dicta. Neque est prius prioritate temporis, cum talis actus, exiterit ab æternio, que ratione per aquivalentiæ à nobis existere dicitur, iuxta doctrinam statutam prop. 32. Neque est prius prioritate inconnexionis non mutuæ, siquidem conexus ponitur cum actu ipso, eo ipso, quod ad illum necessitatum ponitur. Aliud autem genus prioritatis non est, que propriæ prioritas sit iuxta dicenda infra diff. 15.

Vnde aliud sequitur valde notandum. Quoties 182 voluntas ad aliquem actum negativum necessitata est, huiusmodi necessitatem propriæ non esse antecedentem: quia non est necessitas habens prioritatem aliquam respectu talis actus præter prioritatem dignitatis, de qua hic non curatur. Atque ita necessitate libertati oppositam non semper esse antecedentem propriæ loquendo, vt vulgo putatur. Tametsi semper sit antecedens, sumptu hoc vocabulo latè, & impropriæ pro necessitate ineuitabili, seu impedibili per libertatem. De quo plura suo loco.

Sufficient

183 Sufficientque modū propositiones istae. Plures enim elicient alij ex tenninis huius disputationis; & nos etiam in sequentibus eliciemus.

Q V A E S T I O VI.

Vtrum essentia, & existentia distinguantur
inter se? Et qua ratione?

184 Non agimus in hac quæstione de essentiā, & existentiā Dei; actū suo loco sed de essentiā, & existentiā creaturatum. Circa quam.

185 Prima sententia est essentiam creatam realiter à sua existentiā distingui tanquam ab aliquo sibi realiter superaddito, quo existens redditur. Ita vnam inter Thomistā Caiet. Ferrar. Capreol. Soncin. Soc. Bann. & alij apud Soar. tom. 2. Metaph. disput. 31. sc̄t. 1. omnēque Recentiores. Quam sententiam insuper amplexi sunt P. Molin. 1. p. qu. sc̄t. 3. art. 4. disputatio 2. & P. Albertin. de predicatione subsc̄t. disp. 2. quæst. 1.

186 Secunda sententia est Scot. in 3. dis. 6. quæst. 1. & discipulorum eius communiter. Necnon P. Fons. tom. 1. Metaph. lib. 4. cap. 2. quæst. 4. sc̄t. 1. alferriū essentiam creatam, non quidem realiter, sed formaliter ex naturā rei à sua existentiā distinguī.

187 Tertia sententia est essentiam creatam, & existentiam nullā omnī distinctione reali, aut formalī ex naturā rei distingui; sed à parte rei idem omnī ē. Ita Soar. suprā, Valsquez 1. p. disput. 179. n. 6. Valent. disput. 1. quæst. 3. punc. 4. Percir. lib. 6. Phys. cap. 4. Rub. lib. 1. Physic. Tract. 1. quæst. 4 Alarc. Tract. 6. disputatione 1. cap. 2. Petr. Hurt. disputatione 8. Metaph. sc̄t. 4. Arriag. disputatione 2. Metaph. sc̄t. 3. Oued. contr. 2. Metaph. pun. 2. & apud eos alij plures. Qui omnes aut docent, aut supponunt essentiam creatam per nostram rationem à sua existentiā distingui. Quod à nullo Theologorum negari testatur Soar. suprā sc̄t. 6. n. 16. An vero distincō hæc præcisa sit formalitatem ex parte obiectū, vt supponunt antiquiores plerique, vel tantum ex parte actus se habeat. Recentiores vertunt in dubium. Ex quibus Hurt. Arriag. Oued. suprā, & alij censem, cito inter alias formalitates præciso obiectū sit admittenda. Inter essentiam tamē, & existentiam, solam formalē debere admetti ex parte actus, non ex parte obiectū se habentem. Nescio tamē, cur in ēa hypothēsi non ponunt præcisionem obiectū non mutuam inter essentiam, & existentiam, vtī eam ponunt inter ens, & suas differentias, inter omniaque predicationā trascendentia, & subiecta, que dicuntur transcendere, & suo loco notabimus. Existēntia quippe predicatum trascendentē est comparationē existēntium. Alij vero Recentiores absolute opinantur inter essentiam, & existentiam præciso obiectūam, eamq; mutuam dari oriundam ab intellectu nostro pro statu præsentū, vt vniuersa ferme Antiquitas citra dubiū est opinata.

Propositio 1.

188 Existēntia non aliiquid distinctū realiter ab essentiā, cīque re ipsa superadditū, vt Thomistā autumāt.

Probatur primū generali ratione: quia non sunt superaddenda entitatis sine necessitate: sed sine entitate sibi realiter superaddita potest quāuis essēntia existere, vt ex dicendis constabit. Ergo.

Secundū: quia si essēntia realiter distincta esset ab illa existēntia, realiter quoque prius naturā esset, quam illa: quia vel esset causa eius materialis, seu receptiua, vt communiter Aduersarij concedunt, vel existēntia modū esset essēntia non mutuō cum illa conneccō, eo que titulo alter, quam effectus posterior natura, quam illa, iuxta generalem doctrinam ordinū, tradendam à nobis infra suo loco: ergo in priori ante existēntiam se ipsa existēntia essēntia (Siquidem esse vnum prius, quam aliud realiter, habereque esse, seu existēre prius, quam illud idem omnino est.) Vt quid ergo noua existēntia superadveniens, postquam iam independenter ab illa existēt essēntia?

Tertū probatur: quia essēntia existens aut producitur vt condīctā ab existēntia superaddita, per sequē terminat productionem, aut non: Si non ergo nihil est actū, & extra causas, sed manet intra ipsas purē possibilis, atque adeo non est existens, contra luppōnēm. Etēnī, quidquid est ens actū (vno Deo excepto) ab alio est productum, per sequē subinde terminat productionem, vt constat. Si vero essēntia vt condīctā ab existēntia superaddita terminat, per se productōnem: ergo vt condīctā ab existēntia superaddita, atque adeo præcindendo ab illa, eff extra causas: productio quippe extrahit à causa reū productam: ergo vt condīctā, & præcindendo ab existēntia superaddita est existēns: quia esse extra causas, & existere in idem recidunt: ergo existēntia superaddita superacēna est. Confirmatur, & declaratur: quia effectus productus non solum accipit à causa per productionem existēntiam essēntia sua superadditam; sed etiam & potiori iure ipsam essēntiam: accipit enim à causa totum, quod est à parte rei, nec posset talem existēntiam accipere sine essēntia, cuius ea est modus: ergo effectus productus re ipsa habet extra causas tum existēntiam, tum existēntiā superadditam: illam quidē per identitatem; hanc per inhesionem, sive adhæsionem. Sed habere à parte rei essēntiā suam extra causas est formaliter existere à parte rei: ergo effectus productus antecedenter, independenter ab illa, se ipsa existēt à parte rei. Superflue igitur vt existat, ei talis existēntia adiungitur.

Quartū probatur propositio. Quia ens in actū constituitur tale per existēntiam, vt facient omnes. Vel ergo effectus productus vt condīctus ab existēntia superaddita est ens in actū, vel solum in potentia? Si tantum in potentia: Ergo est quid purē possibile; neque datur à parte rei, quādo datur existēntia eius, suamque terminat productionem, quod est chymicum. Si autem vt condīctus ab existēntia superaddita, & præcindendo ab illa est ens in actū. Ignorat ea seclusa manet existēns actū. Ea ergo prorū redundant. Nec dici potest in eo signo præcisionis, neque esse ens in potentia, neque ens in actū: quia nequit non habere in eo signo suam existēntiam: cum sit impossibile quidpiā aut esse, aut concepi alicubi sine se ipso: vel ergo illa habet actualiter; & ita erit ens in actū, vel illam habet tantum possibiliter; & ita erit ens in potentia. Alius autem modū habendi essēntiam non est, quod ad rem attinet, vt constat.

Quintū probatur. Essēntia existens prout condīctā ab existēntia superaddita terminat actū scientiā Dei, distīctū saltem ratione nostra ab actuū terminat ipsa existēntia; sicuti distīctū obiectōrum distīctos nos actū concipiimus in scientiā diuinā. Vel ergo actū ille est simplicis intelligentiā; & sic essēntia per eum cognita purē erit possibilis, cum tamē ponatur existēns, quod est contradicō: Vel est visionis; & sic essēntia per eum cognita.

Disp.IX. De ente, essen, exist. &c. Quæst. VI. 217

cognita, ut cōdīstinctā ab existentiā superadditā per se ipsam exit existens. Existentiā ergo superadditā superflua est. Simile argumentum heri potest de gaudio, quo Deus de essentiā existente gaudet haud dubie, prout cōdīstinctā à superadditā existentiā.

193 *Sexto denique propositio nostra probat efficacissimè. Quia omnia argumenta, quibus contendunt Thomistæ præfati existentiam esse aliud reale realiter ab essentiâ distinctum, pariter probant, si quid probant, ipsius existentia dandam esse aliam distinctam, & huius tertiam, & sic in infinitum, qui processus implicitorius est, ut constat. Ratio est clara: quia illa existentia superaddita habet suam existentiam indifferentem, ut sit, aut non sit extra causas, à Deoque potest vel produci, vel non produci, ut aduersarij fatentur, omninoque tenentur fateri, ne Deum aliquā obligent necessitate producendi creaturā. Ergo aut essentia existentia eget aliā existentiā, ut determinetur ad existendum, aut reliqua existentiā illā non egerint. Nec valet respondere existentiam esse rationem existendi, & idēo non egere alia existentiā: id, quod non habent reliqua existentiā. Quoniam si esse rationem existendi bēnē potest componi cum indifferentiā dicta, quam habet existentia ut sit, aut non sit extra causas; etiam ego dicam, quamvis essentiam esse rationem existendi comparatione sui, cùm id non tollat indifferentiam, quam habet ad existendum, & non existendum. Idemque argumentum potest desumī a coniunctō ex essentiā, & existentiā superadditā sumpto induisim.*

ex cæstæ, & ex parte superadditam lumperio induitum.
14 Huiusmodi argumentum coniunctus Thomistam quidam apud Hurt. *supr. §. 4.3.* & apud Arriag. *In. 65.* fatetur essentiam productam habere quidem ante existentiam superadditam esse actuale, & extra causas; hanc tamen nihilominus illi adiungi ut complementum quoddam. Ceterum, quam fine idoneo fundamento Auctor iste aliam configens valde diuersam, sententiam deleras suorum vnaminiter requirentium superadditam existentiam, adhoc ut essentia actu sit extra causas, nemib. i. Hurt. profecta in quo propterea ne immoremur.

195 *Quia in quo propterea non immoremur.*
Verum contra propositionem statutam multa
pro sententiâ Thomistica obici solent. Sit primum.
Si essentia non distingueretur realiter ab existentiâ,
sequeretur existentiam esse predicationum essentiale
eiuslibet entis singularis: ergo quolibet existeret
essentialiter, vt exsistat Deus: ergo non posset non
existere, sicuti non potest non esse id, quod essentia-
liter est. Confirmatur primò. Hac propositiō fuit ab
externo vere, *Petrus est rationalis*, eo quod rationalis-
tas est prædicatū indistinctū à Petro, ob idq; ei es-
sentialis. Ergo etiam hæc fuissebat ab externo vera,
Petrus est existens ob eamē rationē, si existentia
Petri realiter est ipse Petrus, Petrusque subinde ab-
solutè extitit ab externo, quod est stablurdū. Confirmatur
secundò. Quidquid est idem cum ente singulari
est de essentiâ eius saltem physica, de cōque proin-
de dicitur essentialiter: sed enti crēato existenti
accidentale est existeret; cum solus Deus existat
essentialiter: ergo ab ente creato existente realiter
est distinctum ipsum existeret. Confirmatur tertio.
Quilibet creatura est indifferens ad existendum, &
non existendum ergo existerere distinguitur à crea-
turâ re ipsâ. Neque enim fieri potest vt aliquid
sit indifferens ad id, quod secum est idem, & ad ca-
rentiam eius. Confirmatur quartò. Essentia Petri
modò existens est eadem prorius numero cum es-
sentia eiusdem Petri, que ad externo fuit purè possi-
bilis, quia quidquid actu est, purè possibile fuit pri-
mum: sed quando erat purè possibilis non concep-
batur ex parte obiecti existentia exercita Petri, tota

omnino essentia cōcepta, potius concipiebatur talis essentia ut non existēs: ergo existētia exercita Petri non potest nō esse aliquid ab essētia Petri distinctū.

Omnia hæc argumenta optime à nostris Docto-^{ri}
ribus in iplos retorquentur Thomistæ: quippe, quæ
eodē modo probant existentiam superadditam, quā
ipsi adstrūunt, & quædam etiam essentia est, debere
per aliam secundum superadditam existentiam exi-
stere, & hæc per tertiam, & sic deinceps in infinitū,
quod tamen est absurdum. Etenim existentia illa, si
est suum existere, essentialiter existeret, atque adeò ab
aeterno. Tum non erit illi accidentale esse, & non esse,
quod repugnat creatura. Neque erit illa indifferens
ad existendum, & non existendum; neque esse po-
terit, aut concipi pure possibilis absque exercitio
existendi, &c. Quæ omnia enti creato impossibilia
sunt. Pariterque in coniuncto ex essentia, & existen-
tia superaddita sumpto indiuisum locum habent. Ex
quo patet argumenta prædicta ab rem inefficiacia
esse, & ab Adversariis etiam necessariò soluenda.

Igitur ad primum respondeo, existentiam prædicatum accidentale, & contingens esse essentiam creatam; non quia ei contingenter accidat ut quid realiter superadditum (vt sic enim ei persistenti in eodem statu citra omnem variationem intrinsecam posset existentia deficere, vti possint alia omnia accidentia ei contingenter superaddita titulo talium, quod est absurdum) sed quia essentia ipsa cum sua existentia contingenter ponitur in rerum vniuersitate, illaque proinde accidit, seu contingit; contingenterque transfertur de non esse ad esse, in esseque recepto durat. Vide existentia non accidentis prædicamentale, sed tantum prædicabile est essentia creatæ, cui propterea identitas cum illa non obstat. Eamen enim existentia ut accidentis dicta essentia conceptus, quatenus hæc considerata secundum se in statu quiditatibus, seu obiectu, qui ab existentiali præcinctum de suo, sive ex conceptu suo obiectu indifferens est ad existendum, & non existendum, in quo differt ab essentia diuinæ, quæ de suo, sive ex conceptu suo obiectu omnino est ad existendum determinata, nullaque ratione subinde ab statu existentiali, vti creata, potest deficere. Vide dicenda insu de huiusmodi statibus *infra disp.* 10. Sed dices. Non potest non essentia creata esse determinata de eo ad id, quod secum idem effergo si suum existere idem cum illa, non potest non esse, de suo determinata ad existendum, perinde atque essentia diuina. Distinguo antecedens: Non potest non esse essentia creata determinata de suo intra statum quiditatuum, à quo ea nequit deficere, ad id, quod fecū est, concedo; intra statum existentiali, à quo deficere potest, differens eo ipso à diuinæ, nego; nego consequentiam. Itaque status quiditatius sentia creata non est connexus cum existentiali, ut status quiditatius essentia diuinæ. Atque adeo essentia creata nequeat non esse suum existere statu quiditatuo, inde non fit debere esse suum efftere in statu existentiali, ut debet essentia diuina: quia essentia creata cum omnibus, que secum idem ab statu existentiali potest deficere, diuina non item. Quod ipsum est, essentiam creatam posse impliecer non existere: diuinam non item.

Ad primā confirmationē respondeo, hanc positionem, *Petrus est rationalis*, in sensu merē quiditatiō, seu obiectuō, atque adeō p̄scindente ab existentiā, fuisse ab ēterno verā, quatenus verē ab ēterno dici potuit. Petrum ex suo conceptu obiectū idem esse cū rationāli. Quo pāsi si preferretur hēc propositio, *Petrus est existēs*, vt sensū esset, Petrum ex conceptu suo obiectuō esse idem cū suā

T existen.

existētia, etiam fuisse vera ab ēterno. Prolata tamen, vt semper solet, in sensu existētiali, ponente scilicet Petrum cum suā existētia in statu existētiali, nequitam fuit ab ēterno vera, qualis nec fuisse illa, *Petrus est rationalis*, si in eodem sensu proferretur. Ex quo patet identitatem prædictati, & tubieūti non facere, quod propotius in rebus creatiis sit de materiā necessaria; atque adē vera ab ēterno, nisi ea in sensu quiditatuo p̄x̄cidentē ab existētiali sumatur; sumptis videbit̄ eius terminis, prout in statu quiditatuo, seu obiectuō cum præficiōne ab existētiali.

¹⁹⁹ Ad secundā confirmationē iam cōstat ex dictis, quo pacto existētia possit esse accidens prædicabile, contingensque existētia creat̄ tamē fit idem cupilla.

²⁰⁰ Ad tertiam etiam ex dictis constat, posse optimē creaturem indifferētē esse de suo ad existendum, & non existendum, id est, ad existendum & non existendum in statu existētiali, quantumvis ea cum suā existētia idem re ipsā sit.

²⁰¹ Ad quartam denique, concedo maiorem, nempē existētiam Petri existētis eamē esse, quā fuit ab ēterno purē possibilis, & distinguo minorem. Sed quando erat purē possibilis non concepibatur ex parte obiectū cum existētia exercitā, sed potius sine illa a p̄x̄cidentibus obiectū vnam formalitatem ab alia, quales nos sumus pro hoc statu concedo: à non p̄x̄cidentibus obiectū vnam formalitatem ab alia, quales sunt, qui inuitiuō, seu per species proprias cognoscunt, subdistinguo. Non concepibatur ex parte obiectū cum existētia exercitā, sed potius sine illa in statu existētiali, concedo, in statu purē obiectuō, seu quiditatuo, nego; & nego consequiam. Lege dicenda circa propot. 5. quā, vt hanc solutionem percalles, lucem praestabunt.

²⁰² Deinde contra propositionem statutam ita obiicit̄ solet. Nulla creature est actus purus, quia id est proprium Dei: ergo omnis creature est composita ex potentia, & actu: sed non est ex cogitabilis compoſitio ex potentia, & actu communis omni creature, praterquam ex existētia, & existētia. Ergo. Concedo nullam creaturem, esse actum purum, quatenus actus purus naturam dicit non perfectibilem ab extrinseco, utpote habentem de ioco omnem perfectiōnē formaliter, aut eminēter, qualis est filius Deus; nego tamen hinc sequi, omnem creaturem debere esse compositam ex potentia, & actu: vt sic enim ipsa potentia, & ipse actus utpote creature debent ruris ex potentia, & actu componi, abireturque in infinitum, quod est absurdum. Solum ergo sequitur de ratione creature esse, limitatam perfectionē habere, eamq; acceptā ab extrinseco per sui productionem, atque adē per quamdam transitum de potentia ad actum, qui absque existētia superadditā sit, vt constat ex dictis.

²⁰³ Tertiō obiicit̄. *Esse* creature est *esse* receptum, alias non est limitatum; ergo *esse* creature, nempē existētia recipiūt in eius existētia, quia aliud non est, in quo recipiatur. Respondeo *esse* creature receptum esse a principio effectuō, indeque limitatum, quatenus principium efficiens dicitur dare *esse* creature ipsam creature ab illo sicut *esse* recipere. Non est tamē de ratione creature habere *esse* in se, vt in causā materiali receptum alioquin ipsum *esse* huc existētia titulō creature, in se quoque habet *esse* receptum, & abiens in infinitum, quod est absurdum.

²⁰⁴ Quartō. Existētia creature est separabilis ab existētia, siquidem potest non esse existētia, ergo distinguuntur ab illa. Distinguo antecedens: Existētia creature est separabilis ab existētia, separatione

strictā, nego antecedens: separatione latā, quā vnumquodque dici potest separari à se ipso per sui corruptionem, quo solum pacto potest existētia non esse existētia, concedo; & nego consequiam.

Quintō obiicit̄. Existētia Petruū hodiē non est existētia cras: ergo existētia Petri hodierna, & crastina non sunt idem: at existētia Petri eadem est hodiē, quā crasigit̄ existētia Petri distinguuntur ab eius existētia. Hoc argumentum probat existētiam Petri intrinsecē esse incessuum, atque adeo singulis instantibus habere Petruū existētiam diueritam; pariterque probari potest Petruū per existētias diuinatas existētia in singulis locis, quando mouetur, siquidem existētia Petruū in uno loco non est existētia in alio. Quā tamen existētiarum multiplicatio aliena prorsus esse videtur à mente Thomistarum. Respondeo ergo existētia Petruū hodiē, prater existētiam Petri ab eius existētia indistinctā dicere durationem hodiernam, sicut existētia Petruū in hoc loco, prater eamē existētiam ab existētia indistinctā dicit presentiam Petri in hoc loco. Duratio autem hodierna Petri a duratione crastina distincta est; vel propter connotacionem, quam inuoluit defumptam à indistincto tempore extrinseco, vt multi opinantur; vel quia duratio modus quidam est supperadditus rei existētii existētialiter successus, vt ego cum aliis opinor quae madmodum existētia in communi sententiā modus quidam est supperadditus rei existētii pro locorum diversitate diuersus. Male ergo ex eo quod existētia Petruū hodiē non sit existētia cras, infertur existētiam, quam Petruū hodiē habet, ab existētia, quam cras habebit distinctam esse; malēque propter eā inde deducitur Petri existētiam ab eius existētia distingui.

Sextō obiicit̄. Scientia simplicis intelligentiae, & scientia visionis distinguntur in Deo, quia prima est de veritatibus necessariis, vt *homo est possibilis*; secunda de contingib⁹, vt *homo existit*. Primaque subinde circa rerum existētias secunda circa existētias versatur: sed non potest idem obiectū simul necessarium esse, & contingens: ergo nec possunt rerum existētias non esse distinctas ab existētias. Hoc argumentum, sicut & cetera, in ipsis existētias infringit̄. Quā tum per scientiam simplicis intelligentiae in quantum possibilis, quo pacto veritatis sunt necessaria; tum per scientiam visionis in quantum existētias, quo pacto veritatis sunt contingentes, cognoscuntur à Deo: scum tamen per se ipsas, & non per alias existētias distinctas, à sua existētia existant. Ad illud ergo concessa maiore, distinguo minorem. Non potest idem obiectū simul necessarium esse, & contingens secundum eamē considerationem, concedo: secundū diuersas, nego; & nego cōsequiam. Itaque nihil vetat eundem hominem per se ipsum necessarium esse in essendo id, quod ex suo, conceptu obiectūtū esse, & esse contingētē in existendo, sub prioreque consideratione proinde terminare scientiam Dei necessariā, qualis est simplicis intelligentiae, & sub posteriori contingētē, qualis est visionis. Vide ad rem plara *inferius loco citato*.

Septimō obiicit̄. Multa sunt, quā connectuntur cum aliis vt possibilibus, & non vt existētibus; ergo possibile ratione existētia superuenientis est distinctum ab existētia. Primo retorico argumentum. Idem est connecti cum aliis vt possibilibus, & non vt existētibus, ac connecti cum eorum existētia vt possibili, & non vt existētente: ergo existētia possibilis ratione alterius existētiae superuenientis distinguuntur ab existētente, & sic in infinitum. Secundū, concessō antecedente, nego consequiam quia licet possibile, & existētis entitatiē sunt prorsus idem,

Disp. IX. De ente, essen. exist. &c. Quæst. VI. 219

idem, ratione tamen diuersorum statuum diuersas veritates obiectiuas fortuantur, quarum vna bene potest terminare respectum, quem non terminat altera, sicut & scientiam. Circa quod vide etiam dicta ibidem. Mitto alia leuiora, quæ ex dictis facile quicque dilueret.

²⁰³ Opponitur tandem S. Th. qui 1. p. quæst. 3. art. 4. & lib. 2. contra Gent. cap. 52. & opus. de ente. & essentia cap. 5. & lib. 4. Metaph. loc. 2. aliusque in locis aperte, pro aduersariorū sententia itare videatur. Ceterum latis appositi exponi potest Doctor Angelicus de distinctione essentiæ creatæ ab existentiâ in tempore, hoc est, à duratione, quæ ea in tempore existere, sive durare dicitur: hæc enim in mea, multorumque sententia, modus quidē est realiter luperaditus essentiæ existenti per quem ea determinatur ad existendum in hoc potius tempore, quam in alio, sicut iuxta opinionem communem per presentiam, tanquam per modum superadditum determinatur ad existendum in hoc loco potius, quam in alio. De quo ex profilio agendum luo loco. Et quidem Molin. noster, qui 1. p. q. 3. art. 4. disp. 2. existentiam censet realiter distinguere ab essentiâ, §. His ita constitutis, probat existentiam, & durationem omnino esse idem, & hanc esse sententiam S. Th. & communem affirmat Valent. 1. p. disp. 1. q. 10. pun. 1.

Propositio 2.

²⁰⁹ Essentia creatæ à sua existentia formaliter ex naturâ rei distincta non est.

Hæc propositione est contra Scotistas, perpicueque constabit ex infra dicendis disp. 13. quæst. 5. vbi distinctionem formaliter ex naturâ rei, quam adstruit Scotisti inter formalitates identificatas realiter, quæles essentiæ, & existentia sunt apud ipsos, tanquam pernitus impossibilem latè, & efficaciter refutabimus. Vide ibi scripta, & applica propositioni præsenti.

Propositio 3.

²¹⁰ Essentia creatæ, & existentia neque virtualiter distinguntur à parte rei in ordine ad secundam sine contradictione predicata contradictoria, vt à plerique Theologis distinguuntur essentia, & Personalitates diuinæ.

Quoniam huiusmodi distinctione in rebus creatis nullatenus est admittenda, vt apparebit ex dicendis dicta disputatione 13. quæst. 6.

Propositio 4.

²¹¹ Essentia creatæ, & existentia per nostrā rationem distinguitur, & quidem vt duas eiusdem rei formalitates ex parte obiecti, & mutuo præcisæ ab intellectu nostro. Præcisio quippe obiectiuia non matua omnino impossibilis est.

Hæc propositione est contra Hurt. Arriag. & Oued. citatos lupr. Eam tamen præter nobiles Recentiores tenuit haud dubie vniuersa Antiquitas, qua solam distinctionem rationis ex parte obiecti se habentem, & consequenter mutuo præcisum agnouit, vt ostendunt, quæ late scribemus infra d. 13. q. 9. & seqq. vbi propositionem hanc tum sub vniuersali doctrina, tum sub specialiori, tum etiam in particuli affatim comprobabimus.

Propositio 5.

Ab iis, qui cognoscunt intuitiū, sive per propria species, nullam distinctionem rationis sub-

Phars. Scient. Tom. I.

ire possunt essentia creata, & existentia.

Quia, quæ realiter sunt idem vt sunt essentia, & existentia, iuxta doctrinam propos. 1. ii. qui cognoscunt per proprias species nullatenus possunt apparet distinctione aliquâ distinctione rationis, vt nobis cognoscentibus per alienas apparent, prout latè eiâ probabimus loco nuper citato. Vnde probatio huius propositionis pariter atque præcedentis petenda est.

Inferet aliquis ergo qui cognoscunt intuitiū, non poterunt iudicare veritates necessarias, vt homo & animal, cum præcisione ab existentia, Quod est absurdum. Ficeret enim inde, vt de solis rebus acti existentibus possint iij iudicare, non item de purè possibilibus, nec de conditionate futuris. Distinguendo illatum: Qui cognoscunt intuitiū nō poterunt iudicare veritates necessarias cum præcisione ab existentia, tanquam à quadam formalitate non cognita per actū, quo cognoscunt essentiâ, concedo. Tanquam ab statu existentiali, vbi quad nihil lui cognoscuntur veritates prædictæ, nego. Quo celsat absurdum propositione, & propositione nostra firma consistit. Id enim non est cognoci ab intuentibus essentiâ, ne cognitâ per eundem actum existentia identificata cum illa, vt cognoscitur à nobis, quod eis possibile negamus, sed cognosco totum, quod re ipsa est essentia in uno statu, & non in alio ab illo diuero; quod eis possibile concedimus. Qomodo autem status quiditatius, in quo veritates necessariae prædictæ cognoscuntur ab intuentibus, atque etiam à nobis diuersus sit ab existentiali infra disp. 10. quæst. 1. declarabimus.

Hinc fit. Nos tunc vtroque modo commemorato, ²¹⁴ tum altero solo posse præcindere essentiam ab existentia, cum tamen cognoscentes intuitiū altero tantum modo possint, vt dictum est. Præcindimus nos vtroque modo, cum de aliquâ essentia pure possibili vere sic iudicamus, *hæc essentia est essentia*. Nam tale iudicium nullatenus tangit existentiam cum talis essentia identificatam; atque ita essentiam ipsam ab illa vt à quadam formalitate præscindit; tum de illa iudicat, prout in statu quidditatiuo, & non prout in statu existentiali quod est etiam illam ab statu existenciali præcindere, solo autem posteriori modo præcindimus nos cum de aliquâ existentia purè possibili, aut de concreto ex illa & subiecto vero sic iudicamus, *hæc existentia est existentia*; aut, *hoc existens est existens*, putâ ex conceptu suo obiectiuo. Cöstat enim per huiusmodi actus nos non præcindere ab existentia, vt à formalitate per eos non tacta; quandoquidem exprelse illa per eos attingitur. Cum tamen prorsus præcindamus ab statu existenciali iudicantes solùm, quid sit de suo ea existentia, aut id existens in statu quidditatiuo, seu obiectiuo. Igitur, qui intuitiū cognoscunt hoc posteriori modo, dumtaxat iudicant de rebus non existentibus cum præcisione ab existentia, sive ab statu existenciali. Apprehendunt enim eas quoad omnia, quæ re ipsâ sunt, citra omnem præcisionem formalitatum, atque adeò sicuti à parte rei essent, si existent; de illi que sic apprehensio unico simplici intuitu iudicant, quidquid illis conuenit prout in statu quidditatiuo, nihil de eisdem iudicando, prout in statu existenciali; vnoquoque subinde iudicio de unaquaque re sic concepta iudicant omnes veritates, quæ cum illa sunt idem, & ei conueniunt in illo statu, quæque à nobis vtpotè formalitates, præcindentibus iudicandæ pluribus veniunt, è quibus vna est illa, quæ in nobis respondet his verbis, *hæc existentia est existentia*; aut, *hoc existens est existens*, scilicet ex conceptu suo obiectiuo.

Adde nos etiam passim præcindere essentiam ab exis-

T 2 exis-

existentialia, ut à formalitate, ab statu existentiali non praefindentes, nimirum cùm iudicamus de rebus existere, quod cognoscentes intuitu p̄fāre nequeunt: veritas enim obiectiva correspondens his verbis, *Petrus existit*, composita est apud nos ex duplice formalitate obiective praefixa, ex essentia scilicet Petri, & existentiali eius, apud illos verò minime; sed ipsa est simplex entitas Petri existens, sicuti est à parte rei. Imò verò quotiescumque nos iudicamus de aliquo, quod existit, non possumus non obiectuè p̄scindere existentialiam à subiecto existenti, quantumvis ex parte ipsius subiecti exp̄sè existentialiam concipiamus. Sic cùm iudicamus, *existētia existit*; aut *existēns existit*. Existētia posita ex parte p̄dicati formalitas est ratione nostra distinguita ab existentiali posita ex parte subiecti, & ei superaddita; ob idque propositiones iste accidentales sunt de accidenti p̄dicibili metaphysico, vt pote, quarum p̄dicatum aliquid adiicit subiecto, iuxta doctrinam tradendam *infra d. 17.* Nec terreat te, quod iuxta hanc doctrinam progressus infinitus formalitatum videtur necessariò admittendus: nos enim libentes illum admittimus in formalitatibus trascendentibus, qualis est formalitas existentialia. Putamus enim connaturalissimum esse modo, quem iudicandi habemus, prorsusque immunem ab omni incommmodo, cùm syncategorematicè tantum, non item categorematicè sit infinitus; De quo non semel in sequentibus sermo redidit.

216 Hinc vnum colliges notandum. Si hæc proposi-
tio, *existēns est existēns*, sumatur in sensu quiditati-
o, ut sub ipsis terminis soleat, eam quidem existentiali-
am esse, & necessariæ veritatis, atque ita eius p̄di-
catum nihil subiecto adiicit, sed illud repetit, formalitasque proinde existentialia posita ex parte p̄di-
cati in concreto eadem est omnino, qua pariter posita est ex parte subiecti. Si verò dicta proposi-
tio in sensu existentiali sumatur, vt potest, ita quod huic
omnino æquualeat, que in tali sensu sumi solet, *existēns existit*; tunc quidem formalitas existentialia posita ex parte p̄dicati in concreto distinguita erit ab
ea, qua pariter posita est ex parte subiecti, & ei su-
peradiecta. Quo fieri, vt proposi-
tio, & sit accidentalis,
vt pote, cuius p̄dicatum aliquid adiicit subiecto, &
sit veritatis contingens, vt pote, quia existentialia crea-
ta, de quâ tractamus, accidens contingens censetur
subiecti existentialis, prout *sapientia proposita*. I. explicatum
est. Pariterque de similibus propositionibus philosophandum est; solerterque attendendum semper, an
propositio in sensu quiditatio; an in sensu existentiali sumatur: plerique enim possunt sumi in virtutibus,
iuxta intentionem proferentis; tametsi pauca sint dubi
i sensu, si termini iuxta communem vim, & non
aliter accipiuntur. Et cùm hæc proposi-
tio, *homo est existēns*, iuxta communem vim in sensu quiditati-
o sumitur, quo pacto necessariæ eternaque veritatis est. Nil tamen vetat sumi eam à proferente in
sensu existentiali, vt sensus sit, *homo existentialiter*,
sen in statu existentiali, & *rationaliter*; quo pacto con-
tingentia temporariaque veritatis erit, & contrá ve-
ridicam hæc proposi-
tio, *homo est existēns*, iuxta communem
terminorum vim, sensum existentiali habet,
de materiaque contingente subinde est. Si tamen
velit illam proferens, vt sit eius sensus, *homo existens*
ex conceptu suo obiectivo est existēns, sive idem cum
sua existentialia, sensum habebit quiditatum, atque
materiam necessariam; similiterque de similibus ra-
tiocinandis est.

DISPUTATIO X.

*De variis statibus entium, seu re-
rum atque adeò obiectorum
intellectus humani.*



A è disputatio, tametsi etiam bona ex parte sit metaphysica, proprius accedit nihilominus ad p̄fens propositum, ubi de obiectis intellectus humani, qua talibus potissimum agitur. Etenim status rerum dicitur imprimis rerum ille modus essendi earum, ratione cuius aliqua veritas obiectiva de ipsis scibilis, sive iudicabilis est. Vnde, quot fuerint rerum modi essendi diuersi, ratione quorum diuersae de eisdem veritates obiectiva scibiles, sive iudicabiles fuerint, totidem rerum status recensendi erunt; censi-
eri autem possunt hoc pačto. Primus est status esentia, seu quiditatis rerum, qui status earum quidatius, sive obiectuum appellatur. Secundus status existentialia, seu actualitatis rerum, qui non abs iure status earum existentialis dicetur. Vterque autem rursus aut est status absolutus, aut status conditionatus. Absolutus in quo vnumquodque aut est absolute id quod est, aut absolutè existit. Conditionatus in quo vnuquodq; aut est quod est, aut existit non absolute, sed sub cōditione aliqua, sive hypothesi. Præterea status absolutus, aut etiam conditionatus, quemque ille sit in statum determinatum, & vagum, sive diuinctorium diuidi potest. Determinatus est in quo res determinata aut est id, quod est, aut existit. Vagus in quo sub aliqua disunctione. Denique status existentialis, quicunque etiam sit, in statum p̄fentia, præteritionis, futurionisque diuiditur iuxta tres differentias temporis, presentis, præteriti, & futuri in quibus res potest existere. Igitur de omnibus hisce rerum statibus imprimis rerum statum etandum est.

QVÆSTIO I.

*Quid sit status rerum existentialis. Quid
status quiditatus, seu obiectus. Quid
status conditionatus. Quid absolutus, Et
quotuplex?*

C omplexor sub hac vna quæstione hos omnes status compendij causā, tum quia ex mutuā eorum comparatione melius vniuersisque quiditas innotescet; tum quia eorum aliqui aut confunduntur, pro eodemque reputantur apud Autōres; aut eodem prosus modo explicantur, sive con-
flituantur.

Statu existentiali rerum ille modus essendi est, quem habere dicuntur dum actualiter existunt existentialia reali. Quid autem sit res actualiter existere existentialia reali aut, in quo id consistat, adeò est ex terminis ipsis cunctis notissimum, vt amplius per clariores terminos explicare nec necessarium sit, nec possibile. Existunt quippe rerum realis, & actualis, prout ad hunc pertinet statum, sive